a *De dolo cautio*. cum ſuper aliqua alia re principaliter cognoſcit, & ex officio iudicis cautionem interponit, iudicialis eſt cautio: vt de dolo, vt hic. & eſt exemplum. ſ. de pign. actio. l. creditor. & de rei vindi. l. ſi poſt acceptum. Accurſius.

b *Prætoriæ*. cũ principaliter aditur vt caueatur. vt cautio damn. infect. vt ſubiicit. & ſ. de dam. infect. l. prętor. §.[a] de eo opere. verſic. in eũ.[b] & l. dies. §. hoc autẽ. & l. hoc amplius. in prin. Itẽ cautio legatorũ: vt. ſ. vt le. no. ca. l. ij. in prin. Itẽ ędilitię, quãdo emptor agit contra vẽditorem vt caueat de vitiis & morbis, vt ſubiicit: vt. ſ. de ędil. edic. l. j. §. aiũt. & l. ſi venditor. & l. itaque. & l. ædiles. quia & hi ædiles erant prętores: vt inſtit. de iure na. §. prætorum. & ſic iſtæ cautiones veniunt à iuriſdictione prætoris, vt ſubiicit: vt inſtit. de diui. ſtipul. §. prætoriæ. Item differunt [ſcilicet[c] prætorię & iudiciales] quia prętorias induxit prætor mortuus: ſed iudiciales, alij iuris prudentes. Sed Io. etiã addit aliã differentiã:[d] quia prętoriæ ſunt, quę per ſolum iudicem ordinarium interponuntur. iudiciales, quæ per quemlibet, etiã delegatum. Sed videtur quòd cautio damni infecti ſit cõmunis: vt. ſ. de dam. infect. l. j. & iiij. & j. eadem. l. §. communes. ſed ibi ſtatim dices. Cõmunes[e] autem ſunt quæ quandoque principaliter, quandoque ſecundario petuntur: vt rem pup. ſal. fo. ſi enim tutorem legitimũ habeo, ob hoc ipſum iudicẽ adeo vt ſatiſdet. Item ſi nõ habeo: adeo vt habeam, & ſatiſdet, & ſic ſecundariò. Item plures ſumus tutores, poſſum adire, vt & tutor ſolus adminiſtret & ſatiſdet, vel permittat mihi adminiſtrare, & recipiat ſatiſdationẽ: & ſic ſecũdariò: vt inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. j. & ij. Item cautio de rato. quod dic vt inſtitu. eo. [de diuiſi. ſtipu.] §. cõmunes. Sed hîc videtur appellare cõmunes quæ à prætore mortuo interponuntur, & per iudicem viuentem expediuntur: vt. j. [eo.] §. communes. ſed dic vt ibi.

a] § cum. manuſ.
b] Verſi. eſt ſub. §. de eo.
c] Incluſa deſunt in manuſc.
d] Et male ſecũdum P. Al. & Ange. & eſt de mẽte aliorum ſcriben.
e] Dic quòd cõmunes dicuntur quæ reperiuntur in quibuſdã caſibus pro vice à Prætoremortuo in quibuſdã ab aliis iuriſconſultis Barto. P. Ale. & Ia.

dumtaxat quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio. [a] Prætoriæ, [b] quæ à mero prætoris officio proficiſcũtur: veluti damni infecti. Prætorias autem ſtipulationes ſic audiri oportet, vt in his contineantur etiam ædilitiæ. nam & hæ ab iuriſdictione [c] veniunt. Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione reorum [d] fiunt: quarum [e] totidem genera ſunt, quot, penè dixerim, rerum contrahendarum. nam [f] & ob ipſam verborum obligationem fiunt, & pendent ex negotio contracto. Communes ſunt ſtipulationes, veluti rem [g] ſaluam fore pupilli. nam & prætor [h] iubet rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iudex, ſi aliter [i] expediri hæc res non poteſt. Item duplæ [k] ſtipulatio venit ab iudice, [l] aut ab ædilis [m] edicto.

Stipulatio ſumitur pro interrogatione & reſponſione, & debet continere aliquid in futurum præſtandum. Satiſdatio verò ſumitur pro principali obligatione & acceſſoria, puta fideiuſſoris. Pau.

Stipulatio autem eſt verborum conceptio, [n] quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve [o] ſe quod interrogatus eſt, [p] reſponderit.

Satis acceptio eſt cum fideiuſſore. Bartolus.

Satis acceptio eſt ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem, [q] vt adpromiſſores [r] quoque ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittunt. [s] Satis autem accipere [t] dictum eſt eodem modo, quo ſatis facere. [u] Nam quia id quo quis contentus erat, ei præſtabatur: ſatis fieri [x] dictum eſt. & ſimiliter quia tales quibus cõtentus quis futurus eſſet, ita dabantur, vt verbis obligarentur, ſatis accipi dictum eſt.

Proteſtatio partis ab vno ex coheredibus, non impedit quin pœna committatur in ſolidũ in obligatione dandi. Bartolus.

Si ſortem promiſeris: & ſi ea ſoluta non eſſet, pœnam: etiam ſi vnus ex heredibus tuis portionẽ ſuam ex ſorte [y] ſoluerit, nihilo minus pœnam committet, [z] *do nec portio coheredis ſoluatur. [a] Idémq; eſt de pœna ex compromiſſo, ſi vnus [b] paruerit, alter non paruerit [c] ſententiæ iudicis. [d] ſed à coherede ei [e] ſatis fieri debet. [f] nec enim aliud in his ſtipulationibus [g] ſine iniuria ſtipulatoris cõſtitui poteſt. [h]

c *Iuriſdictione*. ſcilicet prætoris gloſ. manuſc.

d *Reorum*. id eſt contrahentium.

e *Quarum*. q. d. vbicunque & in quacunque re poteſt fieri alius contractus. & ſtipulatio tenebit regulariter: ſed fallit quãdoque. & ideo dixit penè, vt propter rem ſacram & religioſam, & liberũ hominem: quorum venditio valere poteſt [inter ignorantes,] nõ autem ſtipulatio:[f] vt ſupra de contrahen. emp. l. & liberi. & infra eo. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

Incluſa deſunt.
f] Reprobatur per Bartolum.

f *Nam*. q. d. bene dixi, fere, vbi poteſt fieri alius contractus, poteſt fieri & ſtipulatio: quia & poſt celebratum contractum poteſt ſupponi. & hoc eſt, nam, &c. Accur.

g *Communes veluti rem*. quæ neceſſaria eſt: vt. ſ. qui ſatiſd. cog. l. de die. §. fi.

h *Nam & prætor*. mortuus. ſed ſi hac ratione dicatur communis, ergo omnis prætoria eſt cõmunis: & ſic de dãno infecto: vt. ſ. de dam. infec. l. j. & l. iiij. §. j. vnde dic ꝙ iſtud non eſt probatio ꝙ ſit cõmunis: ſed probat dictam ſtipulationem debere interponi hoc modo. bene dico debere eam interponi. nam, &c. Accurſius.

i *Si aliter*. id eſt ſi ſine iuſſione non caueat. M.

k *Item duplæ*. non ſolum ſuperior eſt probabilis & interponẽda, ſed & hæc. Accur.

l *Ab iudice*. viuo.

Incluſum deeſt.

m *Ab ædilis*. vt ſeruo vẽdito & aliis prętioſis [rebus] vt. ſ. de euic. l. emptori. & hæc eſt communis: quia & principaliter, & ſecundariò poteſt adiri iudex ſuper talibus. Ac.

n *Conceptio*. §. ſtipulatio ex qua oritur obligatio quæ verborum dicitur. & ſic aliud eſt ſtipulatio: aliud verborum obligatio. ſed quidam dicunt idem eſſe.[g]

o *Daturum facturúmve*. in futurum. & licet etiam dicat dare: tamen pro futuro ponitur, ſcilicet in id tẽpus quo eſt facienda ſolutio.[h] ergo non valet ſi dicam, promittis ꝙ das: vel promitto ꝙ do. fallit in illa,[i] ſanũ eſſe, & ſimilibus: vt. ſ. de euic. l. ſi ita quis. Itẽ in iudicio ſiſti:[k] vt. j. e. l. quotiens quis. & forte quia verba infinitiui modi etiã ad futurũ reſpiciũt. & ideo dicuntur infinita, quia omne tẽpus reſpiciunt. recte enim dicitur[l] volui legere, volo legere, & volã legere. Item ſecus[m] eſt in pacto: vt. ſ. de pact. l. tale. in princ.

p *Interrogatus eſt*. ſecus ſi ad aliud reſpondet. Quid ſi ſe facturum vel curaturũ quòd aliquid det vel faciat? Reſpon. de ſe promittit. Itẽ opponitur ſupra de euic. l. quia dicitur. vbi fit per verba præſentis temporis. ſed & ibi interpretatur [pro intereſſe poni:] vt ibi dicitur. ADDIT. Dic quòd ibi loquitur quando quis promittit de facto alterius per verbum præſentis temporis. Pau.

q *Promiſſorem*. i. principalem reum.

r *Adpromiſſores*. id eſt fideiuſſores.

g] Capiendo ſtipulationem pro eius effectu. B.
h] videtur legendũ ſtipulatio.
i] Non fallit quia & ad futurum refertur quanti intererit ſuũ non fuiſſe vt recte hic Barto.
k] Vel dic ꝙ non fallit, & in illis legibus per verba præſentis temporis interponitur: ſtipulatio tamẽ refertur ad tẽpus futurũ ſecundum Bart.
l] Idem Bar. P. Alexan & Ia.
m] Imò idẽ ſecundum Bar P. & Iaſ.
*pœna cõmittetur.

s *Promittunt*. non plus, interdum minus.

t *Accipere*. ex parte ſtipulatoris.

u *Satisfacere*. ex parte promiſſoris.

x *Satisfieri*. pignoris [vel fideiuſſorum] datione, vel ſolutione: vt & ſupra de pign. act. l. ſi rem. §. fi. & l. ſeq. & facit ſupra qui ſatiſda. cog. l. j. & j. de verb. ſign. l. ſatiſdationis. & j. de præto. ſtipu. l. prętoriæ. & de colla. bon. l. j. §. iubet.

y *Ex ſorte*. aliàs ex parte, aliàs ex ſorte.

z *Committetur*. in ſolidum: vt tamen pro parte hereditaria omnes teneãtur, etiã qui ſuam partẽ ſoluit ſed pro parte ſoluta obſtat exceptio: vt. ſ. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. j. ſecundũ M. Sed Io. dicit non obſtare exceptionẽ, & inhæret illi verbo, nec enim &c. in fi. huius l. & alia qua dicitur, nil prodeſt, &c. vt. ſ. fami. erciſc. l. heredes. §. in illa [quia iſta loquitur in cõtractibus: illa ſi quis cau. in iudiciis][n] Item videtur pro parte tantum cõmuni pœna: vt. ſ. eo. l. eadem. §. Cato. ibi, at ſi de eo, &c. Solu. vt ibi.[o] Item contra. ſ. ſi quis ca. l. ſi ſeruus. §. j. Solu. ibi in facto: [vel ibi in iudiciis: vt dixi.] Sed op. his ſolutionibus, ex eo quod ſubiicit ſtare ſententiæ [arbitri.] nam ſtare ſententiæ, factum eſt, & diuiduũ: ſed ſpeciale, ne lites multiplicentur, & metu [pœnæ] pareatur ſententiæ.

a *Soluatur*. nam hoc erat in promiſſione, ſcilicet pœnã ſolui: [niſi tota ſors ſoluatur:] vt. ſ. de act. emp. l. Lucius. idem in pignore: vt C. de diſtrac. pig. l. quandiu.

b *Si vnus*. compromittentium: cum eſſent plures ex vna parte, vel vna heredum. Mart.

c *Non paruerit*. vt committatur in ſolidum, [id eſt in totum, vt teneatur quilibet pro parte: vt. ſ. Accur.

d [*Iudicis*. id eſt arbitri.]

e *Ei*. qui paruit.

f *Debet*. familiæ erciſcun. vel communi diui. propter pœnam eius facto commiſſam.

g [*In his ſtipulationibus*. quæ ſcilicet fiunt in contractibus.]

h *Conſtitui poteſt*. cum omnes heredes quantum ad hanc obliga-

n] Vel prępăratoriis iudiciorũ. Bart. Pau. & Alexan.
o] Ibi loquitur quando pœna adiicitur facto diuiduo: hic quando pœna adiicitur dationi diuiduæ. Bart. Pau. & Ia. in contrarium.

UNED

tionem pro vno & vicem vnius ſuſtineant: vt ſupra de condit. & de.l.cui fundus. Item quod de ſorte ſolutum eſt, computat in pœnam: niſi adiectum eſſet vtrumque præſtari non ſoluta pecunia tota: vt ſupra de excep.do.l.apud.§.Labeo.& de tranſact.l. qui fidem. Si quæras, quæ eſt ratio inter danda & facienda? Reſpon. vt dixi in. §. Cato. Vel dic propter ſingularia præcepta pecuniæ: vt ſupra ſi cer.peta.l. ſingularia. Item nota quòd quidã dicũt, quòd ſi vnus partem ſoluat pro rata, & de ſorte & de pœna videtur ſoluiſſe. ſed hoc vnde? Item facit. j. eodem.l.in executione. §. item. Accurſius. A

I*S cui.*] CASVS. Titio tanquam prodigo fuit interdictum bonis. quæritur an ſibi ſtipulando acquirere poſſit. Et reſpon. quòd ſic: ſed non poteſt promittendo alteri ſe obligare, vel aliquid dare. & ideo ſi pro ſua promiſſione dederit fideiuſſorem, non valet datio: nec fideiuſſor obligabitur. Franc.

a *Is cui bonis interdictum eſt*. propter prodigalitatem: vt ſupra de cur. fu. l.j.in princip. Sed quæro an ſtatim à lege, vt furioſo, etiam antequam interdicatur bonis? qđ videtur: quia ſimilis eſt furioſis: vt.ſ.de tuto.& cura. da. ab his.l.is qui. Sed dic contra, &c. ſcilicet vt demũ facta interdictione ſit in cura pximi agnati. Itẽ quid ſi non prodigo vt prodigo detur curator? videtur non tenere: vt.ſ.de tuto.& cura. da.l. Seiæ. Alij contra. Item collige quòd ſimilis eſt pupillo: vt inſti. de auct.tu.in prin.&.j.de caſtren.pecu.l.ex caſtrenſi.§.j.

Is cui bonis eſt interdictum: poteſt ſibi acquirere, non autem obligari etiam naturaliter. Barto.

VI. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

IS cui bonis interdictum eſt, [a] ſtipulando ſibi adquirit: tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari: & ideo nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit: ſicut nec pro furioſo. [b]

Impoſſibilis conditio affirmatiua vitiat ſtipulationem, ſecus in negatiua. Bartolus. B

VII. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

IMpoſſibilis conditio cum in faciendum concipitur, [c] ſtipulationibus obſtat: aliter atque ſi talis conditio inſeratur ſtipulationi, *Si in cœlum non aſcenderit.* [d] nam vtilis & præſens eſt, & pecuniam creditam continet.

Dies adiecta conditioni validæ, quæ in facto promiſſoris conſiſtit, in ſtipulatione intelligitur repetita. ſecus in inualida, vel qua in facto promiſſoris non conſiſtit. Bartolus.

VIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.* C

IN illa ſtipulatione, *ſi Kalendis Stichum non dederis, decem dare* [e] *ſpondes?* mortuo homine quæritur an ſtatim ante kalendas agi poſſit. [f] Sabinus, Proculus, exſpectãdum diem actori putant: quod eſt verius. tota enim obligatio ſub conditione [g] & in diem [h] collata eſt: & licet ad conditionem [*] committi videatur, dies tamen [i] ſupereſt. Sed cum eo qui ita promiſit, ſi intra kalendas digito cœlum non tetigerit, agi protinus poteſt. hæc & Marcellus [k] probat.

b *Pro furioſo*. imò videtur teneri pro vtroque: vt infra de fideiuſſ. l.Marcellus. Solu. vt ibi. Accurſius.

I*Mpoßibilis.*] CASVS. Iſta.l. ponit differentiã inter conditionem impoſſibilem conceptam affirmatiuè, & conditionem impoſſibilem conceptam negatiuè. nam ſi dico hoc modo: Promitto tibi ſi digito cœlum tetigero: nulla contrahitur obligatio. Si autem dico hoc modo: ſi digito cœlum non tangam, promitto.c. certe ſtatim ero obligatus. Franciſcus.

c *Concipitur*. affirmatiuè, ſi digito cœlum tetigeris: vt inſtitut.de inuti.ſtipu.§.ſi impoſſibilis. ſed in legatis dic vt inſtit. de leg.§.fin. & de here.inſtit.§.pen. Item dic impoſſibilem de natura, vt diximus: vel de iure, vt quia turpis: vt infra eo.l. ſi plagij. Item facit.ſ. titu.j.l.non ſolum. D

d *Non aſcenderit*. & ſic in non faciendo. cum enim eius contraria ſit impoſſibilis, ergo iſta neceſſaria: ideoque vera & pręſens. Præterea cũ ille qui ſtipulatur ſub conditione quæ omnino eſt extitura, pure, id eſt non in diem videatur ſtipulari: vt infra de noua.l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ergo qui ſtipulatur ſub ea quæ iam eſt, vere puriſſimè ſtipulatur. Item facit.ſ.de here.inſtit.l. ſeruum meum.§.j.&.j.l.proxi.in fine. Accurſius.

I*N illa ſtipulatione.*] CASVS. Promiſi tibi hominem certum vel equum certum ſoluere in feſto Pentecoſtes: & ſi non ſoluero illo termino, promiſi.x. nomine pœnæ. ſi homo promiſſus vel equus moriatur intra terminum, quęritur vtrum pœna ſtatim poſſit peti? Et dicitur hic quòd eſt dies promiſſionis expectãdus: quia tota obligatio eſt comprehenſa ſub conditione & ſub die: & licet ante conditionem ſit pœna commiſſa: tamen dies in quem erat collata, eſt expectandus, qui adhuc ſupereſt. Sed ſi promitto hoc modo, Si intra feſtum Paſchæ nõ tetigero digito cœlũ, promitto decem: certe ſtatim conueniri potero. Franciſcus.

e *Decem dare*. ſcilicet kalendis. [Accurſius.]

f *Agi poßit*. cum certum ſit iam de Sticho [a] agi non poſſe.

g *Sub conditione*. ſcilicet ſi Stichum non dederis.

h *Et in diem*. ſcilicet in kalendas.

i *Dies tamen*. qui impedit ne agatur. nam dies pars ſtipulationis eſt: vt.ſ. de eden.l.j.§.diem. & facit.j. eo.l.ſi ita ſtipulatus.j. Sed contra.j.eo.l. hoc iure. ol. vt ibi. [Accurſius.]

k *Et Marcellus*. quia ſublato principali, ſcilicet Promitto ſi digito cœlum non tetigero: tollitur acceſſorium, ſcilicet intra kalendas. & facit ſupra.l.proxi.& ſupra ſi quis cau.l.ſi eum.§. homo ſiſti. & infra eod. l. veluti.§.fina.

Poteſt quis agere ſine actione, cum ſperatur oriri in conteſtatione. Bartolus.

IX. POMPONIVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI Titius & Seius ſeparatim [l] ita ſtipulati eſſent: *Fundum illũ ſi illi non dederis, mihi dare ſpondes?* finem [m] dandi alteri fore, quoad iudicium [n] acciperetur: & ideo occupantis [o] fore actionem. [p]

X. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

HOc iure [†] vtimur, vt ex hac ſtipulatione, *Si Lucius Titius ante Kalendas Maias in Italiam non venerit, decem dare ſpondes?* non antè peti quicquam poſsit, [q] quàm exploratum ſit, ante eam diem in Italiam venire Titium non poſſe, [r] neque veniſſe: ſiue

S*I Titius.*] CASVS. Eramus duõ, tu Petrus & ego Ioannes. dixiſti Titio: Promittis mihi dare hominem ſi Ioanni non dederis? poſtea ego dico ſimiliter Titio: Promittis mihi dare eundem hominem ſi Petro non dederis? ille promittit nobis ambob⁹ ſeparatim. quæritur nunc quando erit finis dãdi alteri noſtrum, ita quòd ſoluendo vni noſtrum ipſe Titius non poſſit ab alio cõueniri? Reſpon. quòd finis erit dãdi vſque ad lit. conteſta. quia tunc illius eſt melior conditio, qui prius occupauerit per litis conteſtationem. Franciſcus.

l *Separatim*. incontinẽti, vel non. [Accur.]

m *Finem*. id eſt terminum. nã vſque tũc quo fiet conteſtatio ab vno, poterit alij ſolui. [Accurſius.]

n *Iudicium*. ſaltem de facto. & tunc ipſa conteſtatione incipit ei competere actio: quoniam antequam ad iudicium ita de facto veniretur, non competebat actio. ſed ſi obiiciatur, non habet actionem ergo non poteſt agere? Reſpon. imò: arg. infra eo.l.ſi decem.& infra rem ra.ha.l.ſi indebitum.& dixi.C.eo.de contrah.& commit.ſtipu.l. nuda. [b] non ergo expectatur quòd deſinat poſſe alteri dari.& ſic eſt contra.j.e.l.ita ſtipulatus. Sol. ſpeciale in perplexis: vt hic. ſic.ſ.de condi.inſti.l.ſi Titius. Vel fingit impoſſibile alij dari cum litem conteſtatus ſum: quod innuit, finem dãdi, &c. Vel diſtingue [c] an in eadẽ perſona ſi mihi Stichũ non dederis. x. mihi dabis: vt ibi. aut in diuerſis: vt hic: ſicut ſi ſtipuler fundũ mihi dari aut Titio: vt.j.de ſolu.l.qui res.§.qui ſtipulatus. vbi quidẽ ſi poſtea petam, amplius Titio dari non poteſt: vt infra de ſolu.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.in fine. Alij faciunt vim an ſit eadem res, vel diuerſæ: vt ſi non dederis illi Stichum, dabis mihi decem, vt ibi: at hic eadem res. Accur.

o *Occupantis*. i. qui prius egit lit.cõteſt. aliàs aliter [ſumitur verbũ occupare:] vt.ſ.de pecu.l.ſi vero. Item facit.j. de iniur. iniuriarũ. j.in prin. Item facit.ſ.de leg.ij.l.ſi Titio.& de adi.leg.l.iij.§.ſed & cum quis.& de conſti.pecu.l.pe. Item no. quòd locus eſt gratificationi [antequam petas, vt poſſit dari cui vult] vt &.ſ. de relig.l. ſi.de le.ij.l.ſi quis.j.§.ſi inter duos. [eſt.l.viij.]

p *Actionem*. cum effectu, & præciſe. Ac.

H*oc iure vtimur.*] CASVS. Promiſi tibi cẽtum aureos ſi Titius ante feſtum Paſchæ in Italiam non venerit. certè nihil peti poterit à me donec Titius tantum tardauerit venire in Italiam, ꝙ certum ſit ipſum ante Paſcha venire in Italiã non poſſe, ſiue mortuus ſit Titius: ſiue adhuc viuat. Franc. Accur.

q *Peti quicquam poßit*. quia nec debetur.

r *Non poſſe*. ſi ergo exploratum ſit non poſſe venire: licet ante diem, poterit agi.& ſic eſt contra ſupra eo.l.in illa. Sol. hic licet dicat quod non poſſit peti ante [quam ſit certum eum venire non poſſe] non tamẽ ſequitur quòd poſſit ſtatim peti: cum certum ſit eum ve-

a] ſcilicet ꝑciſe dando.

* Ad conditionẽ. quantũ ad conditionem attinet: qualiter hæc particula, ad, apud Ciceronẽ & alios auctores vſurpatur eſt.j.l.vlt. de verb obl. ibi, quia niſi quod ad me vim acceperit obligatio. L.R.

† Bal.in.l. ſi quidẽ. C. de excep.in pe. col. & Alex. hic, reputãt iſtũ text. ſingularem ad hoc ꝙ vbicũque deducitur in iudiciũ aliquid cõditionale, vel tale quid quod ſit fundamentũ intentionis noſtræ: illud cõditionale vel illud fundamẽtũ debet pri⁹ & ante omnia liquidari. Bolog.

b] Omnia iſta iura nihil faciunt, ſecũdũ Ale.

c] Reprobatur per Bart.

eum venire non poſſe,ſecundū B.vel hic poteſt peti ante de rigore:ſed obſtat exceptio de[a] æquitate ante kalēdas,ſecundū Az.vel ibi cū obligatio eſt in diē:quia ita videtur reperiſſe.x.kalen. dare ſpōdes?& eſt ratio[quare ibi videatur repetiſſe kalē.]quia Stichū dare,ſicut & decē in eius facto cōſiſtit,at hic non eſt repetitio[de kalendis]quia Titiū venire non eſt de eius facto,ſed tantum dare. x. ſecundum Io. Vel hic dixit ante kalendas:ibi in kalendis.[b] Vel ibi[c] incipit à pactione:hic à cōditione.quod nō placet.Alij[d] ꝙ ibi apponitur dies cauſa cōmittende ſtipulationis,vt poſt kalēdas debeat:hic etiā faciendæ ſolutionis, vt tunc ſoluat.Vel ſecūdū Ir.hic agitur ante: quia ſic fuit actū inter cōtrahentes:ibi non. Accurſius.

a] Stulta ſolutio Roma. &c.

b] Hæc non placet: quia eſt contra c. cōmiſſa. de elect. lib. 6. ſecun. Bar.

c] Reprobatur per Bar.

d] iſtæ ſunt diuinationes ſecundū Bart.hic.

a *Acciderit*.ſi ergo iam tunc mortuus erat cum fiebat ſtipulatio: protinus peti poteſt.& facit ſ.de acquiren. here.l. ſi quis heres.Ac.

F *Ilius dum in*.] CASVS. Pater meus erat captus ab hoſtibus: ego qui remanſi in ciuitate, ſtipulatus ſum. quæritur, an patri meo acquiram? Et reſpon.ꝙ eſt in pendēti huiuſmodi acquiſitio.nā ſi pater meus reuertatur:erit ſibi per me iſta ſtipulatione acquiſitū. ſi autē moriatur pater apud hoſtes: erit mihi acquiſitum per iſtam meā ſtipulationem.Franc.

b *Ab hoſtibus*. fingēte iure poſtliminij ſemper ī ciuitate fuiſſe. & facit j.de capti.& poſtlimin. re.l.bona eorū.§. quod filius.& de ſtipu.ſer.l.ſi ſeruus. iij. §. ſeruus capto.Ac.

viuo ſiue mortuo id acciderit.[a]

Quid ſi pater nō fuerit reuerſus? reſpōdeo,acquiritur filio.P.de C.

XI. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinū.*

FIlius dum in ciuitate eſt, ſi ſtipuletur:patri reuerſo ab hoſtibus[b] videtur adquiſiſſe.

In alternatiua ſummarū & tēporis,minus eſt in obligatione.Bart.

XII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ita ſtipulatus fuero: *Decē aut quinque dari ſpondes?*[c] quinque debentur.[d] & ſi ita,*kalendis Ianuariis*[e] *vel Februariis dari ſpondes?* perinde eſt quaſi kalēdis Februariis[f] ſtipulatus ſim.[g] B

Gloſ.intelligit iſtam.l.quantum ad tempus quod eſt ante diē calēdarū: quia illo tempore nō poteſt agere ſtipulator: ſiue fuit ſtipulatus ante calendas dari, ſiue in calendis.ſed quantū ad diē calendarum glo.vult quòd ſit differentia: quia primo caſu poterit agere in diem calendarū: quia non habuit reus terminum niſi pro tempore quod eſt ante calendas. ſed in ſecūdo caſu nō poterit agere niſi eō finito. Tu dic breuiter quòd etiā in primo caſu nō poteſt agere niſi finito die calendarū:quia illa verba,ante calendas, intelligūtur fauore debitoris:vt maiorē habeant dilationem,ſcilicet finitas:& ſic etiam dies calendarum includitur in termino.Pau.de Caſtro. C

XIII. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

QVi ante† kalēdas proximas ſtipuletur,[h] ſimilis eſt ei qui kalendis ſtipulatur.

Stipulatio facta committitur cū

S *I ita*.] CASVS. Titius ſtipulatus eſt à Mæuio hoc modo : Dabis mihi.x. aut. v? Mæuius reſpōdet ſimpliciter,dabo.quæritur quid Mæuius debeat ? Et reſpondet iuriſconſ.quòd tantū.v.debet.Item ſi promitto hoc modo:Ego dabo tibi intra feſtū Paſchæ,idē eſt ac ſi dixiſſem, dabo tibi in feſto Paſchæ:quia petere nō poteris niſi feſto Paſchæ tranſacto.Idē ſi ſtipulatus quis ſit hoc modo:Dabis ante feſtū Pēteco ſtes?dabo.quia nō poterit peti niſi trāſacto feſto.h.d.cū.l. ſeq. Fr.

† Doct. hic cōmuniter intelligunt iſtum textū, quòd vbicūque tempus adducitur ad ſolutionem gratia debitoris, quòd paria ſunt dicere kalendis, vel ante kalēdas. Bolog. elegans in hūc locū diſceptatio eſt apud Aulū Gell. 12. Noct. Atti. ca.11.

c [*Spondes*.tu reſpondiſti ſimpliciter.& ſic in ſequenti caſu.[e]]

d *Debentur*.præciſe.[q.d.non alternatiuè.]

e *Ianuariis*.quod plus eſt.Ac.

f *Februariis*.quod minus eſt.

g *Stipulatus ſim*.id enim quod minus eſt,intelligitur præciſè, cū in electione promiſſoris eſt vtrum velit præſtare.& facit.ſ.de arbi.l.diem.§.ſi plures.verſi.inde quæritur.&.j.e.l.inter ſtipu. §. diuerſa.&.l.ſi ita ſtip.fuero.&.j.de fideiuſ.l.inter eos.in prin.Ac.

e] Incluſa gloſa deeſt in manuſc.

f]Contrariū tenent P. & Imo.

g] Incluſa deſunt ī gloſſis & manuſcri.rectè.& ſuperuacuo immorātur doctores in his falſis & ſuppoſititiis

h Q*Vi ante.Stipuletur*. in vtroque enim caſu ante kalendas agi non poteſt,[ſed in diem[f] kalendarū differtur.[g]] quod dic vt.j.eo.l.eum qui.ij.§.qui ita.Accurſius.

S *I ita*.] CASVS. Ego volebam domum ædificare in certo loco.veni ad architectum,& cōueni ſecum de pretio quòd ædificaret mihi hanc domum:quæ poterat commodè ædificari intra duos annos.Architectus promiſit mihi quòd ædificaret intra triennium.Poſtea dimiſit præterire tempus,ſcilicet annum cum dimidio,ita quod veriſimile eſt & certum quòd non poteſt ædificare anno cum dimidio:nunquid agere poſſum cōtra architectū ad intereſſe?Reſpondetur quòd ſic, ex quo certum eſt non poſſe fieri domum intra tale tēpus.ante autem non tenebitur promittēs : nec eius fideiuſſor.Idem eſt ſi quis damnauerit heredē ſuum inſulam ædificare,vel domum.Sed ponamus ſic quòd iſte architectus qui promiſerat intra certum tempus ædificare,ædificauit mediam partē domus.hæc pars conſumpta eſt incendio.nunquid habebit tempus integrū ad ædificādum domū iterum, vel tantū reſiduū tempus, forte annū cū dimidio? Reſpondetur quòd habebit integrū tempus. & hoc intellige quādo conuenit inter partes quòd periculum eſſet promiſſoris : aliter non teneretur de caſu fortuito. h.d. cum l.ſeq.Fran. A

[illegible]

trāſierit tantum tempus quòd factū potuit explicari . & per caſum repētinum redintegratur dilatio. Bartolus.

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ita ſtipulatus eſſē abs te , *domum*[i] *ædificari?* vel heredē meū dānauero inſulā ædificare : Celſo placet, nō ante agi poſſe ex ea cauſa,quàm tēpus præteriſſet quo inſula ædificari poſſet.[k] nec fideiuſſores dati ante diem tenebūtur.[l]

XV. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Sabinum.*

ET ideo hæſitatur ;[m] ſi aliqua pars inſulę facta ſit,deinde incendio conſumpta ſit : an integrū tempus computandum ſit rurſus ad ædificandam inſulam:an vero reliquum dumtaxat expectādum quod deerat.Et verius eſt,vt integrum ei detur.[n]

Si vnus ex alternatiuis ſtipulatoribus efficiatur non ſoluendo: non liberatur promiſſor.Bart.

XVI. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

SI Stichum[o] aut Pamphilū mihi debeas, & alter ex eis meus factus ſit ex aliqua cauſa :[p] reliquum[q] debetur mihi à te.[r]

Stipulatio annua eſt vna pro omnibus annis : ſed legatū annuū non eſt vnū,ſed tot dicuntur quot annis durauit:quia pro primo anno eſt purum:pro ſequentib.conditionale.& ſi legatarius decedat: pro annis non inceptis non trāſmittit ad heredes, quia extincta eſt conditio.Pau.de Caſt.

Stipulatio[ſ] huiuſmodi , *in annos ſingulos*:vna eſt , & incerta , & perpetua : non quemadmodum

i *Domum*. cū adiectione loci.aliàs non valet: vt.ſ.de eo quod cer.lo. l.iij. §. ſi quis inſulā. & j.eo.l.qui inſulam.M.

k *Poſſet*. imò ſtatim ex quo incipit mora faciēdæ inſulæ fieri: vt.j.eo. ſtipulationes. §. plane. Sol.vt ibi. Item facit.l. ſi inſulam. &.l.inſulam intra.&.l.exiſtimo. §.fi. &.ſ.loc.l.inſulam. §. ij. &.j.eod.l.cū ſtipulatus ſim mihi. &. l. interdū. in princi.

l *Tenebuntur*.quia tacitè ineſt[dies.]Ac.

m E*T ideo hæſitatur*. id eſt dubitatur.

n *Detur*. hæc vera vbi conuenit vt promiſſoris eſſet periculū : vt. ſ. loca.l.Martius. quæ eſt cōtra. & ibi plene dixi. Accurſius.

S *I Stichum*.] CASVS. Promiſiſti mihi Stichū aut Pamphilum alternatiuè, & ſic potes ſoluere quem velis.ego poſtea emi vnū ex his ſeruis,puta Stichū.certe tu teneberis mihi ſoluere Pamphilū pręciſè poſtquam Stichus factus eſt meus.[STIPVLATIO.]Pone caſum vt in glo.Fran.

o *Si Stichum*.aliàs lex,& aliàs.§.

p *Aliqua cauſa*.nō lucratiua,Io.ſed certe idem ſi lucratiua, & ab eodem etiam:quia alia res eſt.& ſic non obſtat inſtit.de lega. §. ſi res.ſecundum H.Ac. D

q *Reliquum*. vel ſaltem æſtimatio deterioris ſerui,qui ex alia cauſa meus factus eſt,ſi is qui apud te eſt, melior eſt, argumen. ſupra de lega j.l.cum res.§.ſed ſi.Hoc ideo,quia iniquum eſt ſi ego deberem modò præſtare meliorem,cum ab initio poteram me liberare dando deteriorem:cum in mora non ſim: aliàs ſecus: vt infra de ſolu.l.Stichum. in princip. adeo etiam vt tuus factus amodo ſolui non poſſit:vt ſupra de lega.ij.l. Mæuius.§.duobus. Vel illa de rigore loquitur: ſecus de æquitate:[h] vt infra de ſolu. l. qui decem.§.Stichum.in fine.

r *A te*.præciſè.Ac.

ſ *Stipulatio*. promittis mihi decem pro ſingulis annis, & ſupple quoad viuam,[i] vt bene conueniat quòd dicit quòd eſt incerta.& quod ſubiicit de legato:vt inſtit.eo.§.at ſi ita.& infra eod. l. eum qui.ij.§.qui ita.vel etiam ſi non fuit dictum, tamen intelligitur, arg.C.de leg.l. in annalibus.Hæc quidem ſtipulatio eſt vna propter vnam conceptionem , ſecundum M . ſed certe idem eſt in legato ſic relicto,quod conſtat eſſe plura:licet vna ſit conceptio:

h]Iſta reprobatur p Bar. & alios. poteſt tamē ſuſtineri ſecundum Raph. & Alex.

i]Iſta ſupplētio eſt ſuperflua la.

ff. Nouum.

a]Hæc ratio nõ plene ſatisfacit. nam adhuc quæretur cur vna ſit actio. Cont.

vt ſubiicit. vnde dic quòd vna eſt: quia [a] vna actio naſcitur pro omnibus annis, ſed in legatis plures actiones. arg. ſ. quando dies leg. ce. l. cum in annos. j. & de an. leg. cum in annos. Item & ideo eſt vna, quia ſemel inſpicitur conditio ſtipulationis: non ſic in legatis: vt. ſ. de don. cau. mor. l. ſenatus. in fi. & j. e. l. ſi filius. Nec obſtat. j. eo. l. pluribus. §. j. vt ibi dixi. Item eſt incerta: quia non eſt certum quantũ viuam. Itẽ eſt perpetua, etiã ſi dixi quoad viuam: quia ad tempus deberi non poteſt, ſed heres meus exceptione repellitur: [b] vt vt. d. §. at ſi ita. inſtit. eo. & ſ. tit. j. l. obligationũ fere. §. placet. non ſic in legato quòd ſit perpetuum ſic relictum, ſingulis annis tibi decem lego: ſiue dicam, quoad viues, ſiue non: nam niſi de heredibus legatarij expreſsè dicas, nõ intelligitur: vt. C. de lega. l. in annalibus. te ergo mortuo ipſo iure non debeo amplius: quia voluntas vltima eſt validior. nam & recta via ſine traditione facit dominium tranſire: vt infra de fur. l. à Titio. & adde quod no. ſ. de do. cau. mor. l. ſenatus. §. fi. & facit. ſ. de cap. demi. l. penul. & ſ. de tranſac. l. cum hi. §. modus. Sed argu. contra. [c] ſupra de an. lega. l. annua. §. fina. & l. pen. & ſ. de vſufru. l. defuncta. in fine. Accurſius.

b]Reprobatur per Iaſ. poſt docto.

* ipſo iure

† legibus.

c] Illæ leges loquuntur quãdo legatum eſt relictum alicui dignitati vel eccleſię, quę nunquã moriuntur, ſecũ dum Ia.

A

ſimile [a] legatum morte legatarij finiretur. [b]

Stipulatio non poteſt cõferri in voluntatem vel arbitrium debitoris. Pau. de Caſt.

XVII. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

Stipulatio [c] non valet, in rei promittendi arbitrium collata conditione.

Qui bis idem promittit, non tenetur ex ſecunda promiſſione, niſi prima in effectu eſſet inualida. Bartolus.

B

XVIII. POMPONIVS *libro decimo ad Sabinum.*

Qui bis idem promittit, id eo iure * amplius quàm ſemel non tenetur. [d]

Diſſolutio matrimonij debet eſſe libera à pactis conuentionalibus. Bartolus.

XIX. IDEM *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Si ſtipulatio [e] facta fuerit: *ſi culpa tua* [f] *diuortium factum fuerit, dari?* [g] nulla ſtipulatio eſt: [h] quia contenti eſſe debemus pœnis legum † comprehẽſis: [i] niſi ſi & ſtipulatio tantũdem habeat pœnæ, quanta lege ſit comprehenſa.

Poteris obligari de dando mihi id quod alius mihi debet. cùm ipſe debitor eſſe deſierit. Pau. de Ca.

XX. VLPIANVS *libro trigeſimoquarto ad Sabinum.*

Huiuſmodi ſtipulationes non ſunt inutiles: *Quod tibi* [k] *Titius debet, cum debitor eſſe deſierit, dare ſpondes?* nam valet ſtipulatio, quaſi ſub quauis alia conditione concepta. [l]

Falſa cauſa nõ vitiat ſtipulationem ſicut legatum. Bart.

XXI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Si diuortio [m] facto ea quæ nihil in dote [n] habeat, dotis nomine centum dari ſtipuletur: vel quę centum dumtaxat habeat, ducenta dotis nomine dari ſtipuletur: Proculus ait: [o] ſi ducenta ſtipuletur quæ centum habeat, ſine dubio centum quidem in obligationem [p] venire: alia autem centum actione de dote [q] deberi. Dicendum itaque eſt, etiam ſi nihil ſit in dote, centum tamen venire in ſtipulatione: ſicuti cum filiæ vel matri vel ſorori vel alij cuilibet [r] dotis nomine legaretur,

C

a *Simile*, id eſt hoc modo relictum.

b *Finiretur*. quia non fuit dictum de heredibus. aliàs contra: vt C. de lega. l. in annalibus. Ac.

*Stipulatio.*] CASVS. Promitto tibi cẽtum aureos ſi volam, vel ſi voluero: an valeat ſtipulatio? certe non, quia nulla eſt obligatio cuius poteſtas eſt collata in arbitrium promittentis: quia forte nunquam vellet ſoluere. Fran. Accurſius.

c *Stipulatio*. ſiue dicam, ſi volam: vt. ſ. tit. j. l. ſub hac. ſiue, ſi voluero: vt. j. e. l. centeſimis. in fi. & dic vt no. j. l. ſi quis ſtipulatus. ſecus ſi volueris: vt. j. eo. l. centeſimis. §. fin. & facit. ſ. de contrahẽ. emp. l. quod ſæpe. §. primo. Ac.

*Qui bis.*] CASVS. Stipulatus es à me hodie Pamphilum. cras iterum venis & ſtipularis à me eundem Pamphilum. quæritur, nunquid tenear tibi bis ſoluere hunc Pamphilum? Reſpon. quod non, ſed ſemel ſoluendo liberor à te. Fran. Acc.

d *Non tenetur*. ſ. ſoluere, quò ad vtilitatem ſtipulantis, tenetur tamen [d] ex vtraque ſtipulatione: vt ſupra manda. l. ſi mandauero. §. interdum. & infra de fideiuſſ. l. heres à debitore. §. j. Sed contra. j. eo. l. ſi dari. ſed ibi ideo ſecus, quia creditoris intereſt. Dicet quis, & hîc intereſt, ſaltem ratione præſcript. vt. C. de præſcript. triginta ann. l. cum notiſſimi. §. ſed & ſi quis. ſed non credó cogitandum de tali intereſſe: argu. infra de noua. l. ſi pupillus. §. qui actũ. illud conſtat, quòd eum qui actione bonæ fidei tenetur, poſſumus ſtipula. obligare vbi ſit nouatio: ſecundũ [M.] quod [&] dixi C. de noua. l. fina. & facit. ſ. de ope. no. nun. l. cum procurator. & ſuprà de procur. l. licet. §. ea. & ſ. de reſcinden. vendi. l. ſi id quod. §. ſi pupilli. & de leg. j. plane vbi. §. j. & ſ. de vſufru. l. ſi alij. §. rerũ: Accurſius.

D

d] Cõtrariũ tenent Bart. Pau. Alc. & Ia.

*Si ita ſtipulatio.*] CASVS. Titius volebat Bertam ducere in vxorem: & quia dubitabat quòd ipſa faceret diuortium culpa ſua: ſtipulatus eſt hoc modo: Berta domina chariſſima ſcio leuitatem mulierum: quia vbi velis nolunt, vbi nolis cupiunt vltro. & ideo volo quod mihi promittas centum nomine pœnæ ſi tua culpa diuortium factum fuerit. quæritur vtrum talis ſtipulatio valeat? Et dicitur quòd non: quia contenti eſſe debemus pœnis legum quæ ſunt conſtitutæ cõtra facientes diuortium culpa ſua. Franciſcus.

e *Si ita ſtipulatio*. per vxorem à viro. & idem videtur econtra.

f *Si culpa tua*. ô marite.

g *Dari*. ſ. centum nomine pœnæ. Alij dicunt, vt dotem & donationem propter nuptias. quod non placet: quia hæc eſt legitima pœna: vt. C. de repu. l. conſenſu. Accurſius.

h *Stipulatio eſt*. quia improbata eſt morib[us] bonis. R. vt. C. de nupt. l. neque. ij. Accurſius.

i *Comprehenſis*. vt ſi ſtipuler dotem & donationem lucrari: vt. C. de repud. l. conſenſu. vel ſi matrimonium eſt ſine dote: ſi mulier ſtipuletur centum libras auri, cũ vir habeat quadringẽta vel amplius in bonis: vt. C. de repud. l. fi. circa princi. & eſt ratio in prima parte legis huius: vt. C. de nup. l. neq;. ij. & de inuti. ſtipu. l. ij. & ſupra de condi. & demon. l. Titio. §. ij. & facit infra eod. l. Titia. Sed contra: vt ſupra de donatio. inter virum & vxo. l. eaquæ. Sed ibi p̃ceſſerat pecunia à ſtipulatore. ſed hodie dãtur arræ: & ſuper eis poteſt apponi pœna vſque ad quadruplum: vt. C. de ſponſa. l. fi. §. fin. Accur. ADDITIO. Dic quòd ibi eſt modica pœna, ſcilicet in arris: ſed in ſponſalibus eſt magna. & eſt de mente ſcribentium.

*Huiuſmodi ſtipulationes.*] CASVS. Dicit hæc lex quòd poſſum ſtipulari à te quod tibi Titius debet, in id tempus cùm deſierit ſoluendo eſſe. nam talis ſtipulatio valet quaſi concepta ſit ſub quauis conditione conueniente. Fran.

k *Quod tibi*. alias [e] mihi, & aliàs tibi. & ſi habes mihi, hæc erat dubitatio: quia fideiuſ. in id tẽpus ſe obligare videtur, quo non conſtabit principalis: vt. j. de fideiuſſ. l. ſi quis poſtquam. Sed contra eſt: quia ex præſenti [f] tempore ſumit vires ſtipu. vt arg. j. eo. l. ſi filius. Si habes tibi: idem dubium erat, quaſi in id tempus à quo incipere nõ poterit. & ſic totũ pro vna ſtipulatione ponitur. Quod ergo dicit in plurali, huiuſmodi ſtipulationes. i. hęc, & ſimiles. alij faciunt duas, quod tibi &c. item cum debitor &c.

l *Concepta*. pendet ergo: vt ſi Titius ſoluendo eſſe deſierit, teneat obligatio. aliàs contra. [Dic [g] ergo, cum debitor eſſe deſierit. ſ. ſoluendo, id eſt quia factus erit non ſoluendo. Accurſius.]

e] in nullis reperi. mihi cum plus 8. inſpexerim.

f ] Iſta ratio diſplicet Barto. Pau. & Ia. ideo dic qđ intellegitur cum deſierit eſſe debitor, ſcilicet ciuiliter, vel effectus fuit nõ ſoluendo, ſecundũ Bart.

g] Incluſa deſunt.

*Si diuortio.*] CASVS. Cum Titia nupſiſſet Mæuio, fecit diuortium, & ſtipulata eſt centum nomine dotis. quæritur quantũ ſibi debeatur? Et breuiter reſpon. quòd ſi iſta Berta dedit centum, & ſit ſtipulata ducenta: debebuntur ſibi cẽtum actione ex ſtipulatu, & centum actione de dote. Si verò nihil dedit in dotem, & ſtipuletur centum nomine dotis, debebuntur ei iſta centum ex ſtipulatu actione. Et ponit exemplum. nam ſi vir legat vxori vel alij leget certam quantitatem quæ in dotem data fuit: licet nihil datum ſit in dotem, tamen debetur, non ratione dotis, ſed ratione legati. Franciſcus.

m *Si diuortio*. ſecus [h] ſi conſtante matrimonio: vt. C. de do. cau. l. quod de ſuo. Acc. Vel dic ꝙ etiam conſtante matrimonio valet: [i] quia in id tempus eſt collata quo poteſt valere: vt argu. ſ. [k] de do. inter virũ & vxo. l. ſi eum. §. fi. & l. ſeq. ſed arg. contra. ſ. eod. tit. de dona. inter vir. & vxo. l. ſed interim. §. fin. & l. ſeq.

n *In dotẽ*. vel quia nihil dedit, vel qa dedit, ſed ꝓpter neceſſarias expẽſas exhauſta eſt dos tota: vel virũ liberauit per acceptil. Acc.

o *Proculus ait*. aliàs deficit.

p *In obligationem*. nouam. Accurſius.

q *De dote*, i. ex ſtipulatu, quæ vndique datur hodie viro & vxori. Accurſius. ADDIT. ſequuntur omnes & Alciatus hîc. Cont.

r *Cuilibet*. vt vxori, vel etiam extraneæ. & dic quòd non errando fuerit facta ſupradicta promiſſio. vnde inſpicitur tantùm quæ ſit quan-

h] Iſta eſt vera ſecũdum Ia. poſt do.

i] Hoc verũ ſi vir pręmoriatur. Bart. & Ia.

k]Reprobatur: nec aliquid facit ſecundũ Ia.

ſit quantitas comprehenſa:aliàs non valet:vt.ſ.ſolu.ma.l.pen:§.mulier.quæ eſt contra.

A

a *Legatum eſſet*.iure legati,non dotis: & hoc falſa cauſa non obſtante:vel cum certum corpus vel inſtrumenta dotis demonſtrata ſunt:vt inſtitu.de lega.§.ſed ſi vxori.&.C.de fal.cau. adiec.le.l.iij.&.l.fina.

vtile legatum eſſet.[a]

Error in materia ſtipulationem non vitiat.Bart.

XXII. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

SI id quod aurum putabam, cũ æs eſſet,ſtipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris[b] nomine:quoniã in corpore[c] conſenſerimus: ſed ex doli mali clauſula[d] tecũ agam,ſi ſciẽs[e] me fefelleris.

Debitor ſpeciei eius interitu liberatur ante moram, quæ interpellatione contrahitur ſi fiat maiori,vel tutori pupilli.Bart.

B

XXIII. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

SI ex legati[f] cauſa,aut ex ſtipulatu hominem certum[g] mihi debeas:[h] non aliter poſt mortem eius tenearis mihi, quàm ſi per te ſteterit quo minus viuo eo eum mihi dares.quod ita fit,[i] ſi aut interpellatus non dediſti,aut occidiſti eum.[k]

XXIIII. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

SEd ſi ex ſtipulatu Stichum debeat pupillus:nõ videbitur per eum mora fieri[l] vt mortuo eo teneatur, niſi ſi tutore auctore, aut ſolus tutor[m] interpelletur. C

Si prima ſtipulatio eſt inutilis: valet ſequens ſtipulatio ſuper eodem, quia continet vtilitatem. Pau.de Caſtro.

SI id quod.] CASVS Eramus ſimul tu & ego: & debebas mihi ſummam pecuniæ. ego vidi quòd haberes in domo tua pulchram petiam,quam putabã eſſe de auro puro,cum eſſet æs tantũ.petij à te ſummam pecuniæ mihi debitam. tu reſpondiſti: Non habeo argentum nunc, nec poſſum tibi ſoluere: rogo te habe patientiam in me. dixi ego:Promittis mihi dare illam petiã auri quã altera die cum tecum cœnarem, habebam in manu mea? tu dixiſti: Promitto. quæritur vtrum tenearis mihi tradere illam petiam æris: vel ſi ſit aliqua obligatio contracta inter nos? Reſpon. quòd ſic, quia conſenſimus in vnum corpus: tamen tu teneris mihi ed intereſſe,vel de dolo actione, eo ꝙ me decepiſti.Fran.Acc.

b *Huius æris*. quia ſtipulatio ſtricti iuris eſt. Accurſius.

c *In corpore*. & præcipuè cùm errauimus vterque.

d *Clauſula*.ſi fuit interpoſita. vel de dolo ad intereſſe. primo ex ſtipulatu.ſecundò,de dolo actione: vt.ſ.de dol.& eleganter.§. non ſolum.ſed venditio quæ eſt bonæ fidei,non teneret:[a] vt.ſ.de cõtrahen.emp.l.in venditionibus.in fi.&.l.cum ab eo.§.fi.& agitur ibi ex clauſula,doli ſi eſt promiſſum,vel actione de dolo, ſi ſciuerit: aliàs ex empto:vt.ſ.de act.emp.l.ſi ſterilis.§.quamuis.

a]Reprobatur.ideo dic qđ hoc eſt propterea ꝙ ille cõtract⁹ eſt oneroſ⁹, iſte autẽ lucratiu⁹.Bar. Pau.& Ia.

e *Si ſciens*.ſcilicet non eſſe aurum.& facit ſupra de pigno. act. l.j.§.fina.Accurſius.

SI ex legati.] CASVS. Titius mihi debebat hominem certum ex cauſa legati,vel ex ſtipulatu actione. moritur iſte homo qui debebatur mihi.quæritur,vtrum poſſim Titium cõuenire ad hominem mihi dandum,vel ad pretium eius?Et reſpon.quòd ſi per ipſum ſteterit quo minus mihi ſolueret hominem hunc: tenebitur mihi etiam homine mortuo. & declarat quomodo intelligatur ſtetiſſe per debitorem.ſ.ſi interpellatus non ſoluit: vel eũ occidit.Similiter dicitur,ſi pupillus Stichũ debeat:non videtur moram feciſſe in ſoluendo, niſi interpellet pupillus auctore tutore, vel ipſe tutor ſolus.h.d.cum.l.ſeq.Franc.

f *Si ex legati*.ſ.de lega.j.l.Titiæ.in fine.

g *Certum*.genus eſt & perire non poteſt:vt.ſ.ad.l.Falc.l.in ratione legis Falcidiæ.ij.§.incertæ autem.

h *Debeas*.ſ.pure.ſi enim in diem vel ſub conditione:& poſt diem vel conditionis exitum interpellatus non dediſti,aut occidiſti:teneberis.ſecus,ſi prius:vt.j.eo.l.cum filius.§.fin.Item tunc dies interpellaret:vt.ſ.tit.j.l.traiecticiæ.Accurſius.

i *Quod ita fit*.vt per te videatur ſtetiſſe:quod eſt notandum: vt.ſ.de leg.j.l.Titiæ.in fi.&.j.eo.l.cum filiusfamilias.in princi. &.ſ.ſi cer.peta.l.quod te.& facit.ſ.de admi.tu.l.tutor qui repertorium.§.ſi poſt.& inſtit.de leg.§.ſi res legata.&.j.eo.l.ſi ſeruum.&.j. de ope.liber.l.cũ patronus.in prin.&.ſ.de here.ven.l.venditor ex.§.ſi ergo.ibi,non enim &c.&.j.de fideiuſ.l.ſi à colono.§.fi.Accur.

k *Occidiſti eum*.non merentem.aliàs contra:vt.ſ.de lega.j.l. quid ergo.j.§.ſi heres.&.j.eo.l.qui ſeruum.Accurſius.

ff. Nouum.

l SEd ſi ex ſtipulatu.Mora fieri. imò:vt ſupra de euic.l.ſi dictum.§.fi.quæ eſt contra.Solu.vt ibi.& facit.j.eo.l.ſi pupillus.& de reg.iur.l.nulla.Idem de adulto habente curatorem:vt.C.de in integr.reſtitu.mi.l.ſi curatorem.& adde quod not. ſupra de vſur.l. mora.Accurſius.

XXV. POMPONIVS *libro viceſimo ad Sabinum.*

SI dari ſtipuler id quod mihi iã ex ſtipulatu debeatur, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor,obligabitur ex poſteriore ſtipulatione:quia ſuperior quaſi nulla ſit, exceptione obſtante.[n]

Stipulatio turpis eſt ipſo iure nulla.Bartolus.

XXVI. VLPIANVS *libro quadrageſimoſecundo ad Sabinum.*

GEneraliter nouimus turpes[o] ſtipulationes nullius eſſe momenti:[p] †

XXVII. POMPONIVS *libro viceſimoſecundo ad Sabinum.*

VEluti ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturũ promittat. ſed & officio[q] quoque prætoris cõtinetur, ex huiuſmodi obligationibus actionẽ denegari.

Quouſque poteſt conditio deficere,non poteſt agi. Pau.de Caſt.

Si ſtipulatus hoc modo fuero, *ſi intra biennium Capitoliũ non aſcenderis,dari?* non niſi præterito biennio recte petam.[r]

Stipulatio rem tradi, continet merum factum.Pau.de Caſt.

XXVIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI rem tradi ſtipulamur: nõ intelligimur proprietatem eius dari ſtipulatori,[ſ] ſed tantũ tradi.

m *Tutor*. nomine eius. Accurſius.

SI dari.] CASVS. Debebas mihi centum actione ex ſtipulatũ. feci tibi pactum de non petendo. poſt certum tempus ego ſum ſtipulatus à te hoc modo,ꝓmittis mihi quod debebas ex tali ſtipulatione in qua cẽtum debebas? tu reſpondes, promitto. quæritur ex qua ſtipulatione mihi tenearis?Et reſpond.quòd ex ſecunda:quia prior ſtipulatio eſt inefficax ꝓpter exceptionem pacti de non petendo.Franc.

† Idem Cic. lib. 3. Offic. complurib. exemplis & rationibus.

n *Obſtante*.ſed opponitur.ſ.de pact. l. ſi vnus. §.pactus. Solu.illud eſt cum ipſo iure agitur vt tollatur prima: aliàs ſecus: vt hic. Per ſequentẽ ergo ſuppletur quod primæ deeſt: aliàs non: cùm non intereſſet: vt infra eodẽ. l. ſtipulatio iſta.§.alteri.&.ſ.e.l.qui bis.& facit.ſ.de leg.j. ſi creditori.

GEneraliter.] CASVS. Promiſiſti mihi hominẽ occidere: vel carnes comedere in quadrageſima. vtrum poſſum te compellere ad hoc faciendum:& ſi nõ facias, an habeam aliquod intereſſe? Et reſp. quòd non: quia turpes ſtipulationes nulli⁹ ſũt momenti.hoc dicit cum princi.l.ſequen.&.§.ſi ſtipulatus,planus eſt.Franciſcus.

o *Turpes*.i.turpitudinem continentes,ſiue ſuper turpibus rebus interpoſitas.ſed turpiter factæ valent, ſed obiicitur exceptio: vt C.de inuti.ſtipu.l.dolo.& facit inſtit.de inuti.ſtipu.§. quod turpi.&.ſ.de pact.l.iuriſgentium.§.generaliter.&.j.eo.ſi plagij.&.l.ſi ſtipuler vt id.&.l.ſtipulatio hoc modo,Aliæ ſunt præter legem: vt.j.eo.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.aliæ ſecundum legem.Quandoq; autem bona fide fiunt,ſed res habet in ſe dolum:vt.j.eo.l. ſi quis cum aliter.Item quandoque etiam honeſtum ſtipulor: & tamen non ago:neque etiam ad pœnam:vt.j.eo.l.Titio.in princi. & eſt ratio vt ibi.Accurſius.

D

p *Momenti*.iure ciuili:ſed nec prætorio: vt.j.l. ſeq. licet dicatur, Pacta ſeruabo.Accurſius.

q VEluti.Officio.ſi concedas tales ſtipulationes valere,& hoc ſi non habes.& aliàs dic non ſolum iure ciuili:ſed & &c.

r *Petam*.vt.j.eo.l.quicquid.§.fin. ſi autem ante conſtet aſcendere non poſſe,an poſſit agere? dic vt not.ſ. l. hoc iure.&.l. in illa. Accurſius.

SI rem.] CASVS. Stipulatus ſum à Titio hoc modo: Promittis mihi tradere equum tuum? reſpondet Titius:promitto. quæritur quid mihi debeat?Et reſpon.quòd tantùm tradere: non autem tenetur mihi proprietatem equi dare: ſed ſufficit quòd tradat.Franciſcus.

ſ *Dari ſtipulatori*.vt & ſupra de actio.emp.l.datio.§. j. & de contrahen.empt.l.ſi ita.§.fi.Sed contra.j.eo. l. in conuentionalibus.§.j.Sol.vt ibi.

SCire debemus.] CASVS. Titius interrogat Seium hoc modo: Promittis mihi.xxviij.vel ſic,promittis mihi Stichum & Pamphilum? quæritur, nunquid ſunt hic quatuor ſtipulationes,duæ in.xx.& octo,& duæ in Sticho & Pamphilo?Et reſpon,quòd ſic:

quia tot ſunt ſtipulationes,quot ſunt ſummæ in ſtipulatū deductæ,vel corpora.Et facit quādam illationem, quòd ſi nunc ſtipulor.xx.poſt paululum adiicio quinque:non ſit nouatio,ſed erunt duæ ſtipulationes.[QVAMVIS.]Dictum eſt ſupra quòd tot ſunt ſtipulationes,quot ſunt ſummæ,& quot ſunt corpora deducta in ſtipulatum. hoc tamen non eſt ita late intelligendum,quòd ſi ſtipuler cumulum pecuniæ quæ eſt coram me,intelliguntur tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt denarij : nam hoc eſſet abſurdum.[STIPVLATIONEM.]Pater tuus legauit mihi duos ſeruos: Stichum videlicet & Pamphilum. vel legauit mihi centum ſcuta ex vna parte, & centū ducatos ex alia parte.certum eſt quòd hic ſunt plura legata, pro quibus petendis habeo act. ex teſtamento. Ego volens mihi prouidere, & cumulare omnia legata ſub vna cautione, venio ad te, & dico ſic: Pater tuus legauit mihi tot ſummas,& tot corpora:redigamus omnia ſub vna ſtipulatione.tu dicis : ego ſum contentus.dico ego:Promittis ergo mihi quòd omnia iſta quę legauit mihi pater tuus, ſolues in feſto Pentecoſtes?tu reſpondes,promitto.eſt hic vna ſtipulatio plurium corporum,ſiue ſummarum : licet ſint plura legata. Et ſubdit alia exēpla. nam & familiæ & ſeruorum eſt vna ſtipulatio. item ſi quis ſtipulatus ſit quadrigas & lecticarios. Si verò quis ſtipuletur per coniunctionem copulatiuam, ſicuti, promittis illum ſeruum & illum ? plures ſunt ſtipulationes. [SI A FVRE.]Quidam Brito ſubtraxit equum quēdā qui forte erat meus: ego venio ad eum,& interrogo ipſum,Promittis mihi dare equū quem altera die furatus es? ille dicit, promitto.an valeat talis ſtipulatio? Reſpon.quòd non:quia poteſt eſſe quòd equus ille eſt meus,ſtipulatio autem rei meæ non valet.Quomodo ergo ſtipulabor ab hoc fure? Dicendum eſt quòd ſic debeo ſtipulari:O Brito Brito promittis mihi dare quod te reddere oportet condictione furtiua? ille reſpon. promitto. hoc modo facta ſtipulatio valet.quòd ſi poſt hanc ſtipulationem factam equus iſte decedat ſine mora furis,certe ipſe liberabitur:quia ſtipulatio nouauit condictionem furtiuam: & ſic non tenebitur condictione furti propter nouationem:nec ex ſtipulatu actione propter interitum ſpeciei.Franciſcus.

† Scribentes hic cōmuniter intelligūt iſtū text.quē ad hoc reputant ſubtilē, ꝙ tot ſunt ſtipulatiōes, quot ſūt res vel ſummæ ī obligationē deductæ,licet ſit vna verborū cōceptio.ſed ſi nō ſunt ſpecificatæ, ſed ſub vniuerſali vel generali nomine collectę ſūt: cēſetur vna ſtipulatio continēs plura corpora. Bolog.

* i. quatuor equorum. l. 1.§.ſed & ſi. ſ.eo l.parui. ſ.de cōdict. furt.vbi Grę ci hic faciūt thema tertium.

Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt ſpecies vel ſummæ ſpecialiter deſignatæ. ſed ſi res vniuerſaliter vel generaliter deſignetur , ſtipulatio vna erit. Bart.

XXIX. VLPIANVS *libro quadragenſimo ſexto ad Sabinum.*

Scire debemus† in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ ſunt:[a] tótq; eſſe ſtipulationes,quot ſpecies[b] ſunt.ſecundum quod euenit vt mixta[c] vna ſumma vel ſpecie quæ non fuit in præcedenti[d] ſtipulatione, non fiat nouatio , ſed efficit duas eſſe ſtipulationes . Quamuis autem placuerit tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ, tótque eſſe ſtipulationes,quot res: tamen ſi pecuniam quis quæ in cōſpectu eſt, ſtipulatus ſit , vel aceruum pecuniæ:nō tot ſint ſtipulationes,quot nummorum corpora : ſed vna ſtipulatio . nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulationes, abſurdum eſt. Stipulationem[e] quoque legatorum conſtat vnam eſſe,[f] quamuis plura corpora[g] ſint, vel plura legata.[h] ſed & familiæ , vel omnium ſeruorum ſtipulatio vna eſt . itémque quadrigæ,* aut lecticariorum[i] ſtipulatio vna eſt. At ſi quis illud[k] & illud ſtipulatus ſit:tot ſtipulationes ſunt,quot corpora.

Quod meum eſt, poſſum ſtipulari mihi tradi,nō mihi dari.Bart.

Si à fure hominem[l] ſim ſtipulatus :[m] quæſitum eſt an ſtipulatio valeat. Mouet quæſtionem, quòd ſtipulatus hominem plerūque meū videor.Non valet[n] autē huiuſmodi ſtipulatio , vbi quis rē ſuam ſtipulatus[o] eſt.Et conſtat,ſi quidem ita ſtipulatus ſim,[p] *quod ex cauſa condictionis*[q] *dare facere*[r] *oportet?* ſtipulationem valere. ſi verò hominem[ſ] dari ſtipulatus fuero:nullius momēti eſſe ſtipulationem. Quòd ſi poſtea[t] ſine mora deceſſiſſe proponatur ſeruus, non teneri furem cōdictione Marcellus ait.quādiu enim viuit, condici poterit.[u] at ſi deceſſiſſe proponatur:in ea conditione eſt,vt euaneſcat condictio propter ſtipulationem.[x]

Solennitas intrinſeca præſumitur.Bartolus.

XXX. IDEM *libro quadragenſimo ſeptimo ad Sabinum.*

Sciendū eſt generaliter , quòd ſi quis ſe ſcripſerit fideiuſſiſſe,videri omnia ſolenniter[y] acta.

a *Summæ ſunt.* vna ſtipulationis conceptione comprehenſæ , vt promittis decem & quinque.Accurſius.

b *Species.*vna ſtipulationis conceptione comprehenſæ,vt Stichū & Pamphilum.Accurſius.

c *Mixta.*i.adiecta.& dic primò decem: ſecundo decem & quinque.primo Stichum:ſecundo Stichum & Pamphilū.;Sed quæ eſt hæc illatio,ſecūdum quod euenit &c.Reſpon.quia quælibet per ſe:ergo Pamphili per ſe , & Stichi per ſe . & ſic nihil additur primæ,ſed alia adiungitur:& nouatio non fit, niſi aliquid noui primæ addatur,& ſic remanet prima etiam iure veteri.

d *In præcedenti.*nā ſi fuit in præcedenti,ſequens eſt nulla: ac ſi ſtipulatus actum,ſtipuletur iter:vel ſi ſtipulatus vſumfru.ſtipuletur vſum.vel primo quindecim,ſecūdo quinque ex eadē cauſa:vt.j. eo.l.qui vſumfr.& facit.j.eo.Titia.§.fin.&.j.eo.pluribus.&.ſ.de euic.quia dicitur. & de arbi.l. quid tamen. ſed vna eſt ſtipulatio propter vnam ſummam.& dic vt dixi.ſ.eo.l.qui bis.Accurſius.

e *Stipulationem.* qua ſtipulor ab herede quicquid mihi debet ex cauſa legati.Accurſius.

f *Vnam eſſe.*propter vnam cauſam ex qua debentur, & propter vnam conceptionem.Accurſius.

g *Corpora.*in vno legato,vt grege,& ſeruis omnibus.

h *Plura legata.*vt cum legauerat hoc & illud , & ſic plura ſunt legata:ſecus ſi homines octo aut decem:quia tūc eſt vnum:vt.ſ.de lega.j.ſi ex toto.§. fina. quæ eſt cōtra. Sed quid prodeſt ſi vnū vel plura?Reſpōdetur,quia cū eſt vnum, non poſſunt pro parte accipi,& pro parte repudiari ſerui:vt ibi dicitur . & facit ſupra de leg.j.l. legatariꝰ. & de lega.ij. l.ij. &.iiij. &.v. &.vj. &. l. ſi quis ſeruum.§.j. Itē quo ad ſtipulationē quid prodeſt ſit vna vel plures? Reſpondetur , propter redhibitionem. nam vnum propter aliud redhibetur: vt ſupra de ædi.edic.l.cum eiuſdem. Itē oppo.[a] legauit dominꝰ omnes ſeruos ſuos,vel peculium : ergo non Stichum.ſed ſi petam Stichum:dicam ex cauſa legati ſcilicet mihi deberi. ſic tignū domus emptæ petitur ex empto : non tamen eſt emptum:argu.ſupra de vſucap.eum qui. in fin. Accurſius.

a] Fran.Are. hic iſtā glo. reputat ſingul. ad hoc quòd ille cui debētur centum , nō poteſt petere quinquaginta ſimpliciter, ſed debet petere quinquaginta ex cētum ſibi promiſſis. Bolo.

i *Lecticariorum.* licet enim multa in his corpora ſint , tamen plura ſunt quæ vnum corpus faciunt.

k *Illud.*aliud ſi ſub diſiuncta cōiunctione : vt Stichū aut Pamphilū: vt.ſ.quando di.leg. ce. l.cum illud. &.j. eod.l. inter ſtipulantem.§.ij.& de lega.ij.l.ſi illud.

l *Hominem.*quem mihi furatus eſt.

m *Stipulatus.*mihi dari,aliud ſi tradi, ſeu reſtitui:vt.j.eo.l.nemo.j. in prin.ibi,ſane ſi.

n *Non valet.*aſſumit.R.

o *Stipulatus.*dari:vt inſti.de actio.§.ſic itaq;.&.j.e.l.vbi.in fi.

p *Stipulatus ſim.*animo nouandi.

q *Condictionis.*furtiuæ.Accurſius.

r *Facere.*ſcilicet te.Accurſius.

ſ *Hominem.*puta Stichum ſubtractum : & ſic non refert quid ex æquipollentibus fiat:quod no.ſ.pro ſocio.l.fi.

t *Quòd ſi poſtea.* quàm ſtipulatus ſum quod ex cauſa condictionis te dare facere oportet.

u *Poterit.* Hoc intelligunt quidam vbi ſtipulatio interceſſit non animo nouandi,ſed vt pluribus forte actionibus teneantur. tunc enim poſt ſtipu.ſi viuat,condicetur:ſi mortuus fuerit,minime:ſed ex ſtipulatu agetur. ſi verò ſtipulatio nouandi animo & pure interceſsit? tunc ſiue viuat,ſiue moriatur, condictio tollitur : & ex ſtipulatu agetur, nec diſtinguitur præſens abſénsve fuerit ſeruus: vt ſupra de condic.fur.l.parui.& dic plene vt ibi.Vel dic hic loqui de condic.certi,quæ tollitur interitu ſpeciei: & ſic facta fuit animo nouandi ſtip.& fa.j.de noua. l.ſi Stichum.in princip. hæc vltima placet.

x *Stipulationem.*animo nouandi factam.R.

*Sciendum eſt.*] CASVS. Emit à me Titius equum. ſed ego volui habere fideiuſſorem pro pretio. Mæuius qui ſtabat iuxta, & erat amicus Titij,dixit: ego ero fideiuſſor Titio pro iſto pretio equi. Bene, dixi ego. ſcribe ergo quòd es fideiuſſor eius . qui ſcripſit.quæritur vtrum obligetur pro hac fideiuſsione?Reſpō.quòd ſic.quia præſumitur ſtipulatio interceſsiſſe ex eo quòd ſcripſit ſe fideiuſsiſſe pro Titio,& omnia ſolenniter acta præſumuntur. Fr. Accurſius.

y *Solenniter*, id eſt, interrogationem præceſsiſſe, & reſponſionem ſecutam eſſe:vt inſtitu.de fideiuſ.§. fina.& de inuti.ſtipu.§.ſi ſcriptum.

ſcriptum.&.C.de contrahen.& commit.ſtipu. l. j. Item intellige quando in inſtrumento principalis debiti hoc ſcripſit. ſi enim in alia charta, non inuenitur cauſa:& ſic non valeret:vt.ſ̃. de prob. l.cum de indebito. in fi. Item an admittatur probatio in contrarium? quidam non.tu dic quòd ſic: vt.ſ̃.de pac. l. iuriſgentium.§. quod fere.Itē no. quòd præſumitur ſolennitas: vt hic,& dictis concor. Sed contra.ſ̃. de Publi. l.quæcunq;.§.fi. ſed hic non poteſt eſſe fideiuſſio, niſi interrogatio & reſpōſio ſit. & ideo hic conſequũtur.ibi autem emptio poteſt eſſe de facto ſine auctoritate tutoris. Item hæc lex locum habet in his qui iure communi poſſunt efficaciter obligari. ſecus ergo in muliere & minore. nam non præſumo vel minorem iuraſſe, vel mulierem Velleiano renunciaſſe, vel illud ſciuiſſe per quod Velleianum ceſſet:quia ſic aliquid extrinſecus intelligeret: quod eſſe non debet:vt.d.l.de Publi. l. quæcunque. in fi. Item not. argu. [a] quòd ex quo aliquid inuenitur ſcriptum: præſumitur voluiſſe ſcribens.ſic C.de nō nu.pecu. auth. cōtra qui propriam. & ſ̃.de dona.l.ex hac.

† Adde qđ not. in. l ſi me. in apoſtil. ad text. in ver.in nomine tātum ſ̃. de acqui. poſſeſ.

a]Scribē.hic maxime Bal. dicunt iſtā glo.not. ad hoc, qđ inſtrumētū public[illegible] in dubio [illegible]ſumitur eſſe confectū de partiū volūtate: & pro ratione dic hoc ideo quia hęc eſt ſolennitas intrinſeca: quare non mirū ſi præſumatur interueniſſe ī actu.Bolo.

Glo.in principio intelligit hanc legem ſiue conditio ſit intrinſeca, puta ſi deſierit mea eſſe. ſiue extrinſeca: puta ſi nauis ex Aſia venerit.& bene dicit.Pau.de Caſt.

XXXI. POMPONIVS *libro viceſimoquarto ad Sabinum.*

SI rem meam ſub conditione ſtipuler: [a] vtilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

XXXII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI in nomine ſerui quem ſtipularemur dari, erratū fuiſſet, † cum de corpore conſtitiſſet: [b] placet ſtipulationem valere.

Quid ſi moriatur ante diem? reſpondeo, tenetur: quia dies interpellat, & conſtituit promiſſorem in mora. Pau.de Caſt.

XXXIII. POMPONIVS *libro viceſimoquinto ad Sabinum.*

SI Stichus certo die dari promiſſus, ante diem [c] moriatur: non tenetur [d] promiſſor. [e]

Si res nō eſt in cōmercio ſtipulatoris: nō valet ſtipulatio. ſec9 ſi nō eſt in cōmercio promiſſoris. Bart.

SI *rem meam.*] CASVS. Rem meā ſtipulor à te ſub cōditione, ſi imperator in Italiam venerit. an valeat huiuſmodi ſtipulatio? Reſpon. quòd ſi tempore exiſtentis conditionis res illa mea non ſit, valet ſtipulatio:aliàs non.Franciſcus Accur.

a *Stipuler.*ſcilicet dari,puta ſi nauis ex Aſia venerit:vel ſi mea eſſe deſierit hinc ad annum:quo caſu inſpicitur an ſit mea tēpore exiſtentis conditionis:& tunc non valet:quia quod meum eſt,&c.vt ſupra.l.ſcire.§.ſi à fure.an non:& tunc valet:vt hic,&.j̃.eo. exiſtimo.&.ſ̃.de contrahen.empt.l.exiſtimo.& de leg.j. cætera. Sic ergo inſpicitur tempus exiſtentis conditionis. licet aliàs diceretur inſpici tempus præſens:vt.j̃.eo.ſi filiusfa.in princ.quę eſt contra. Sol.illud quo ad adquiſitionem:hoc quo ad ſubſtantiam contractus,valeat aut non:licet huic ſolutioni inſit arg. contra.j̃. de ſtipu.ſeruo.l.vſusfr.Item an ſit rei commercium,inſpicitur præſens tempus:vt.j̃.inter ſtipulantem.§.ſacram.Item quid econtra ſi ſtipulor in caſu in quo mea futura ſit, & illam rem quæ nunc non eſt mea?Reſpon.aut ſi cum mea erit,& nō valet:vt inſti. de inuti. ſtipu.§.verſa vice.Si dicam:ſi nauis ex Aſia venerit: & interim fiat mea:aut ex cauſa lucratiua:& non tenetur:vt ſupra tit.j.l.omnes. aut ex non lucratiua: & tunc ad æſtimationem tenetur promiſſor:vt.ſ̃.tit.j.l.ſi is.ſed ſi pure rem meam ſtipulor dari, non valet: licet mea deſinat eſſe:vt infra de ſolu. l. qui decem.§. Stichum.& facit ſupra de vſufr.l.quotiens.§.ſi vero.verſi.quod ſi Titius.& de condi.& demon.l.mea res.

SI *in nomine.*] CASVS.Habebas vnicum ſeruum qui vocabatur Stichus:ego putabam eum vocari Pamphilum. dixi tibi:promittis mihi dare ſeruum tuum Pamphilum?dixiſti,promitto. certe talis ſtipulatio valet:licet in nomine ſit erratum:quia in corpore conſenſimus.Franciſcus Accurſius.

b *Conſtitiſſet.*aliàs non valet:vt.j̃.eo.l.inter ſtipulantem. §. ſi Stichū.quæ eſt cōtra.& facit.ſ̃.de contrahen. empt.l. in venditionibus & emptionibus. & de re.du.l. pe. & de leg.j.l.iiij.& ſ̃.eo.l. ſi id quod.&.j̃.eo.quę extrinſecus.§.fi.&.C.de teſta.l.ſi in nomine.

c SI *Stichus. Ante diem.*ſi non dolo & culpa eius. Accur.

d *Non tenetur.*etiamſi interpellatus iam erat:vt.j̃.eo.l.cum filius.§.fi.nā qui in ſpecie tenetur,eius interitu liberatur: vt.ſ̃. eo.l. ſi ex legati.&.j̃.e.l.is qui. &. j̃. e. ſi ſeruū Stichū ſtipulatus fuero.

e *Promiſſor.*quia antea nulla erat petitio: ergo nulla mora:vt infra eo.l.ſi pupillus.

M*Vltum.*] CASVS. Iſta lex ponit pulchram differentiā inter ſtipulationē factam de re cuius commerciū quis nō habet: & promiſſionem rei etiam cuius commercium quis non habet. Nam ſi quis ſtipuletur rem cuius commercium nō habet, eſt tantum inutilis ſtipulatio:& nullū præſtat intereſſe. ſi vero quis promittat rem cuius commercium nō habet,nocet ſibi:quia tenebitur ſtipulatori ad intereſſe.Franciſcus.

ff. Nouum.

XXXIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.*

MVltum intereſt vtrum ego ſtipuler rem cuius commercium habere non poſſum: [f] an quis promittat. [g] Si ſtipuler rem cuius commercium non habeo: [h] inutilem eſſe ſtipulationem placet. [i] ſi quis promittat cuius non commercium habet: [k] ipſi nocere; [l] non mihi.

Si ſtipulatio cōtinet impoſſibilitatem de iure, vel natura: nō valet.Bartolus.

XXXV. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

SI ſtipulor vt id fiat quod natura fieri non concedit: [m] nō magis obligatio conſiſtit, quàm cum ſtipulor vt detur quod dari non poteſt: [n] niſi per quem [o] ſtetit quo minus [p] facere id poſſit. Item quod leges fieri prohibent, ſi perpetuam cauſam [q] ſeruaturum eſt, ceſſat obligatio: veluti ſi ſororem [r] nupturam ſibi aliquis ſtipuletur. quāquam etiam ſi non ſit perpetua cauſa, vt recidit [ſ] in

f *Non poſſum.*tamen in cōmuni haberi poteſt. Azo.

g *Promittat.*rem.ſ. cui9 commercium non habet. Et dic quòd licet lex iſta ita generaliter diſtinguat, tamen ſubdiſtingui poteſt: quia ſi rei nō eſt cōmerciū generaliter, quia ſacra ſit: non valet:vt.j̃.inter ſtipulātē.§. ſacrā. & de lega. j. l. apud Iulianū. §. fi.& de leg.ij.l. mortuo boue.& de lega.iij.l. fideicommiſſa.§. ſi ſeruo alieno. Si autem in cōmuni eſt,ſed in promittente non eſt: te[illegible]tur indiſtincte quacunque ex cauſa impediatur habere rei commercium: vt.ſ̃.de lega.ij. mortuo boue.§.Labeo. In ſtipulatore ſubdiſtingue, an propter vitium perſonæ:& debetur ei ęſtimatio: vt de lega. j. filiusfamilias.§.ſi quid alicui. aut propter ſectæ diuerſitatē, vt in Iudæo & mācipio Chriſtiano: vt. C. ne Iudæ. manci. Chriſti. l. j. vel propter delictum,vt in heretico:& tunc nihil debetur: vt hic,& de le.ij.l. mortuo.§.Labeo.& facit.ſ̃.quæ res pig.ob.poſſ.l.j.§.fi.

Re non exiſtente in cōmercio ad quid teneatur ſtipulator ſeu promiſſor & obſerua hanc diſtīctionē.

h *Non habeo.*propter delictum proprium,vel ſectæ diuerſitatem, prout dixi.Accurſius.

i *Placet.*aliter in legato.tūc enim quamuis habere rem non poſſit:ſi tamen haberi poteſt, æſtimatio debetur ſi teſtator ſciens legauit:vt dicitur de militia ſeruo legata:vt.ſ̃.de lega.j.l.filiusfamilias.§.ſi quid alicui.& de leg.iij.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo. ſecundū Ir.Vel vt ibi dixi,erat perſonæ vitium:hic delictum, vel diuerſitas ſectæ:vt modo not.

k *Non habet.*cum habeam ego,veluti ſi Iudæus ſeruum Chriſtianum promittat,cuius commercium non habet.Accurſius.

l *Nocere.*nam intereſſe præſtabit. difficultas enim, &c. vt.ſ̃.eo.l. ſtipulationum.j.§.ex quo.in fi.

SI *ſtipulor.*] CASVS.Idem eſt ſtipulari vel promittere facere quod non poteſt fieri, & promittere dare quod nō poteſt dari.[ITEM QVOD LEGES.]Stipulor à te aliquid quod eſt cōtra legem. dicendum eſt quòd ſtipulatio non valet, cū eſt ibi perpetua cauſa prohibitionis.Et licet iſta cauſa prohibitionis ceſſet: tamen ſi ſit poſtea contra bonos mores,non tenet ſtipulatio. Exemplum eſt: Si ſtipulor ſororem meam mihi nupturam (duplex eſt enim ſoror: naturalis, & adoptiua) quanquam iſta ſtipulatio ceſſaret in ſorore naturali:tamen adhuc remaneret in ſorore adoptiua,propter bonos mores,qui prohibent matrimonium cōtrahi cum ſorore adoptiua etiā mancipata. [SI IN LOCANDO.] Planus eſt.Franciſcus.Accur.

m *Non concedit.* vt Hippocentaurum, vel vt cœlum digito tāgas. Accurſius.

n *Dari non poteſt.*vt Stichus,qui mortuus eſt:vt.j̃.eo.l.inter.§.pe. & facit ad hoc inſtit.de inuti.ſtip.in prin.Accur.

o *Per quem.*ſcilicet promiſſorem.

p *Quo minus.* veluti ſi in mora fuit promiſſor, & interim Stichus deceſſerit:vt dicto.§.penul.

q *Cauſam.*prohibitionis.aliàs eſt in textu.

r *Si ſororem.*ſed an valet in alia quæ non ſit ſoror? Reſpon. non: vt.j̃.eo.l.Titia.licet ſit arg.contra.ſ̃.de ſpon.l.ij.quare ergo hic dicit de his quæ perpetuo prohibentur?Reſpon.ideo quia in his ipſo iure non tenet ſtipulatio: licet in aliis teneat. ſed obſtat exceptio.& facit.C.de legi.& con.l.non dubium.

ſ *Recidit.*id eſt accidit.



UNED

ſorore adoptiua,[a] idẽ dicendum ſit:quia ſtatim contra mores ſit.

Contractus qui celebratur conſenſu, valet etiam adhibita ſolennitate verborum. B.

Si in loquendo,conducẽdo, vẽdendo,emendo, ad interrogationem quis non reſponderit:[b] ſi tamen conſentitur[c] in id quod reſponſum eſt,[d] valet quod actũ eſt: quia hi contractus nõ tam verbis quàm conſenſu confirmantur.[e]

B Contra ſtipulationem in qua ſit dolus adhibitus, vel quæ in ſe dolum habet, doli exceptio obiicitur. Bartolus.

XXXVI. VLPIANVS *libro quadragenſimooctauo ad Sabinum.*

SI quis cum aliter eũ conueniſſet obligari,[f] aliter per machinationem[g] obligatus eſt:erit quidẽ ſubtilitati iuris obſtrictus:[h] ſed doli exceptione vti poteſt.quia enim per dolũ obligatus eſt, cõpetit ei exceptio. Idẽ eſt & ſi nullus dolus interceſſit[i] ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habet.[k] Cum enim quis petat ex ea ſtipulatione,[l] hoc ipſe dolo facit,ꝙ petit.

Nota quòd quando quãtitas vt ſpecies debetur, perit periculo ſtipulatoris. Bartol.

XXXVII. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

SI certos nummos,[m] puta qui in arca ſint, ſtipulatus ſim: & hi ſine culpa promiſſoris perierint:nihil nobis[n] debetur.[o]

Stipulatio habere licere, ſimpliciter interpoſita, omnes continet inſpecto rigore verborũ:ſed ex iuris interpretatione ex facto promiſſoris & ſucceſſoris ipſius tantũ committitur.idem ſi de ſe tantum promiſit, ſed non pro facto extranei,etiã ſi expreſſe ſit dictum: niſi pœna ſit appoſita. Bart.

XXXVIII. VLPIANVS *libro quadragenſimo nono ad Sabinum.*

STipulatio iſta, *habere licere ſpondes?* hoc continet, vt liceat habere,[p] nec per quenquam[q] omnino fieri quo minus nobis liceat habere. quæ res facit, vt videatur reus promiſiſſe, per omnes futurum,[r] vt tibi habere liceat. videtur[ſ] igitur alienũ factũ promiſiſſe. nemo autem alienum

a *Adoptiua*.quam poſſum accipere finita adoptione: vt inſti.de nup.§.ij.ſed in naturali bene eſt perpetua cauſa prohibitionis.

b *Non reſponderit*.incontinenti,vel quantum ad verba non eſt reſponſum.

c *Conſentitur*.cũ interrogato ab interrogãte ex interuallo etiam.

d *Reſponſum eſt*. ex interuallo.

e *Confirmantur*.vt &.ſ. tit.j. l. in quibuſcũque. & facit. ſ. de cõtrahen. emp.l.in vẽditionibus.

S*I quis*.] CASVS. Promiſi tibi fundũ meũ deducto vſufructu.poſtea per dolum ſuaſiſti mihi quòd promitterẽ tibi cum vſufruct.certe non valet promiſſio,ſiue ſtipulatio.Sed quid? emi à te equum minus iuſto pretio:ſcilicet pro octo ſcutis,qui valebat xx.hoc tamen non feci dolo. poſtea ſtipulor à te equum prædictũ mihi tradi. an poſſim agere ex illa ſtipulatione? certe non:quia dolo facit qui vult petere ex ſtipulatione quæ continet iniquitatem.Frãc. Accurſius.

f *Obligari*. veluti promitti fundum ſine vſufru. vel excipiendo iter & actum.

g *Per machinationem*. id eſt dolum:veluti fundũ cum vſufru. vel nõ excipiendo iter.Sed H.dicit vt cum propoſuerã obligari,dolo inductus ſum.quod non placet: quia non in qualitate,ſed in ſubſtantia deciperer.Alij etiã intelligunt hanc.l.quãdo ſuper contractu in bonæ fidei interuenit ſtipulatio:nõ in ſtricti iuris:vt.C.de inuti.ſtipu.l.dolo.

h *Obſtrictus*.de rigore.

i *Interceſſit*.in contrahenda ſtipulatione.

k *Dolum habet*.qui proprie nõ poteſt dici dolus: ſed ipſa res iniqua eſt:vt ſi ſine cauſa promiſerit totum,vel pro parte ſtipulatus ſum rem quam minus emi dimidia iuſti pretij. vel da exemplum de dolo ſuperueniẽte:vt.ſ.de excep.do.l.apud Celſum.§.Labeo. &.l.ij.§.item quæritur.

l *Ex ea ſtipulatione*.quæ re ipſa iniquitatem continet.

S*I certos*.] CASVS. Habebam in arca mea.c.ſcuta vetera in vna burſa,quæ mihi donata fuerunt à patre meo tali tempore. tu ſtipulatus es à me iſta.c. ſcuta. poſtmodum fur quidam ſubtraxit mihi iſta.c. ſcuta.an tibi teneaꝛ illa ſoluere,vel alia.c?Reſpõdetur ꝙ nec illa,nec alia tibi debeo,ex quo perdita ſunt iſta.Fran.Acc.

m *Si certos nummos*.qui habentur quaſi quædam ſpecies: non vt quantitas:vt.ſ.de lega.j.plane.j.§.ſi eadem.verſi.ſed hoc ita. &.l. ſed & ſi certos.&.l.ſi ſeruus legatus.iij.§.qui quinque.& ad.l.Fal. l.in ratione.ij.§.diligenter.

n *Nobis*.mutat numerum.

o *Debetur*.quia magis certam ſpeciem quàm genus ſtipulari videor:& ideo nil mirum ſi interitu ſpeciei liberatur.Accurſius.

S*Tipulatio iſta*.] CASVS. Titius promiſit Seio hoc modo:Ego promitto tibi Sei quòd pacificè poſſidebis fundum Cornelianum:nec vllus homo te infeſtabit in hoc facto quin liceat tibi habere. Quæritur hic, de quibus videtur Titius promiſiſſe Seio, de ſe & ſuis heredibus tantum:an etiam de extraneis?Reſpon.ꝙ non videtur promiſiſſe niſi de ſe & ſuis heredibus: quia ſi de extraneis promiſit,non videtur ſtipulatio valere:quia nemo poteſt factum alienum promittere. & ſic reſtringit iuriſconſultus illam partem ſtipulationis tantum ad perſonam promiſſoris & ſuorum heredum.Sed ſi quis velit promittere factũ alienum : debet adiicere pœnam hoc modo:Ego promitto tibi quòd licebit tibi habere hunc fundũ:nec quiſquã te turbabit in poſſeſſione eius:& ſi quiſquam te turbet,promitto tibi centum aureos. nam iſtã pœnam poterit ſtipulator exigere ſi contra factũ fuerit.[SED QVATENVS.]Quęritur quomodo erit ſatisfactum huic ſtipulationi? Reſpondetur,quãdo neque ipſe promiſſor,neque heres eius, neque heres heredis turbat poſſeſſionem ipſius ſtipulatoris. A [SI QVIS FORTE.] Dictum eſt.ſ.proxi.§.per quas perſonas nõ debeat fieri contra ſtipulationem habere licere : vt ipſi ſtipulatori ſatisfactum videatur.hic.§.oſtendit quid fieri debeat vel nõ fieri vt ſatisfiat ſtipulationi. Et dicit quòd ſi quis de poſſeſſione pura,aut de vſufr. aut vſu ſolo eius rei de qua promiſit habere licere, cõtrouerſiã faciat: licet de proprietate nihil quæratur: tamen videtur facere contra ſtipulationem. nam quotienſcũque minuitur alicui ius ſuũ quod habet, non videtur ſibi licere habere. [QVÆSITVM.] Semper continuat materiam ſuam de ſtipulatione habere licere. & quæritur quã rem poſſit quis promittere habere licere: ſuã tãtum, an etiã alienam? Et reſpõ.quòd non tantum ſuã, ſed etiam alienã.ſed in aliena ita demum ſtipulatio habebit effectũ, ſi peruenerit in dominiũ promiſſoris: quia ſi ſemper aliena remaneat,inutilis erit ſtipulatio. [SICVT.] Dictum eſt.ſ. in. §. ſed quatenus.quòd nõ tantum promiſſor ipſe tenetur ſi fecerit contra ſtipulationẽ, ſed etiam heredes eius.hic dicitur C quòd ſicut ipſe ſtipulator habet act.contra promiſſorem & heredes eius,ſi veniant contra promiſſionem ſuam:ita etiam heredes ſtipulatoris,ſi ipſis habere non licuerit,poterunt agere.Sed quid? promiſi tibi habere licere fundum Cornelianum.iſte fundus peruenit ad aliquem alium extraneum . ille turbatur in poſſeſſione fundi illius:vtrum poſſit agere cõtra me?Reſpon.ꝙ non: nec refert ſi quis addat in hac ſtipulatione iſtud pronomẽ, mihi, vel nõ addat : quia ſemper intelligitur mihi promiſſum, vel heredibus meis,& nulli alteri extraneo.[HI QVI.]Titius habuit Stichum ſeruum:qui ſeruus ſtipulatus eſt à me hoc modo:promittis mihi quòd licebit domino meo habere hunc fundum?dico,promitto. certe valet ſtipulatio : ſicut ſi aliquam aliam rem ſtipulatus eſſet Stichus domino ſuo.Quid autẽ ſi ſic dicat ſeruus: promittis mihi quòd licebit mihi habere fundum hunc?an valeat talis ſtipulatio?Et arguit primò iuriſcon.ꝙ non : quia in hac ſtipulatione habere licere,ius verſatur,quod ſeruo competere non poteſt:quia nil iuris poteſt habere in hoc fundo : licet de facto poſſit auferri ab eo:& ipſe ab aliis auferre: nec obſtat ꝙ ſeruus poteſt ſtipulari ſibi ire agere licere : quia in hac ſtipulatione factum verſatur. Tandem finaliter concludit iuriſcon.quòd ſeruus & filiusfa.poſ- D ſunt ſibi ſtipulari habere licere: quia intelligenda eſt hæc ſtipulatio in ſeruo & filiofami.de poſſeſſione naturali non auferẽda,& ſic ſibi licere habere ſaltem naturaliter:cũ ſeruus naturaliter poſſidere poſſit.(HÆC QVOQVE.]Planus eſt.Si ſeruus ſtipuletur ꝙ ſibi liceat poſſidere:vtilis eſt ſtipulatio. quamuis enim de iure ciuili ſeruus nihil poſſidere poſſit:tamen naturaliter detinere poteſt.[HABERE.]Quia multotiens fecit mentionem de hoc verbo habere: exponit nunc quid ſignificet,habere . & dicit ꝙ non tantum habere dicitur rem ille qui eſt dominus rei : ſed plerunque etiam ille habere dicitur qui nõ eſt dominus rei:ſicut ſi quis rem depoſitam tenet,dicitur eam habere apud ſe. hoc dicit vnico contextu vſque ad.§.ſi quis ita.Fr.Accurſius.]

p *Liceat habere*. hoc ſine dubio.

q *Nec per quenquam*.etiam per extraneum. [a] Vel hic inquirendo, non definiendo.vel vere omnium factum continet : ſed in ſe & heredibus tenet,in extraneis non.vel dic hoc ſecundũ quoſdam: quod reprobatur ſtatim.Azo.

a] Iſtã gloſ. approbant hic Raph. Imo.Pau. Ludo. & Alexan

r *Futurum*.i.neminem facturum quo minus habere liceat.

ſ *Videtur*. i. præſumitur prima facie. poteſt etenim aliter dici, & aliter

& aliter agi inter partes:vt promittat ſic ſe facturũ, vt etiam per alios liceat habere,id eſt quòd alius non mouebit controuerſiá: quod tenere puto:arg.j̃.eod.quotiens quis.ij.ergo in hac ſignificatione quando promitto me curaturum, poſſum promittere rẽ alienam habere licere:non in prima,quando ſimpliciter: vt infrà eadem:l.§.quęſitum.Itẽ quod hic dicit, habere licere, idem videtur & de eo qui promittit dolum malum abeſſe, vel abfuturum eſſe: ſed videtur interpretari lex omnes iſtos ſuum factum promittere:vt infra eod.l.inter ſtipulantem. in princi. ſecundũ M. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

factum promittendo obligatur.[a] & ita vtimur.[b] ſed ſe[c] obligat, ne ipſe faciat quo minus habere liceat. obligatur etiã ne heres ſuus faciat, vel quis cæterorum[d] ſucceſſorum efficiat[e] ne habere liceat. Sed ſi quis promittat per alium[f] non fieri,pręter heredem[g] ſuum: dicendum eſt inutiliter eũ promittere[h] factum alienum.[i] At ſi quis velit factum alienum promittere: pœnam, vel quanti res ea[k] ſit, poteſt promittere. Sed quatenus habere licere videbitur? Si nemo[l] controuerſiam faciat,hoc eſt, neque ipſe reus, neque heredes eius,heredúmve ſucceſſores.[m]

**Hæc ſtipulatio continet nõ fieri quo minus liceat habere actionem dominij,vel alterius iuris habiti vel habendi.Bart.**

Si quis[n] fortè non de proprietate,ſed de poſſeſſione[o] nuda controuerſiam[p] fecerit,vel de vſufructu,vel de vſu, vel de quo alio iure eius quod diſtractum eſt:[q] palam eſt committi ſtipulationem. Habere enim non licet ei cui aliquid minuitur ex iure quod habuit.[r] Quæſitũ eſt,vtrum propriam demum rem,an & alienam promittere poſſit habere licere. Et magis eſt vt & aliena promitti poſsit,quæ res[ſ] ita effectum habebit, ſi propria eſſe promiſſoris cœperit.[t] Quare[u] ſi perſeuerauerit aliena, dicendum erit ſtipulationem non committi, niſi pœna adiecta ſit:[x] cùm neque per eum, neque per ſucceſſorem eius quicquam factum ſit.[y]

**Hæc ſtipulatio cõmittitur contra promiſſorem & eius ſucceſſores,& ſtipulatori & eius ſucceſſoribus. B.**

Sicut autẽ ex parte[z] rei ſucceſſores eius cũ ipſo tenẽtur:ita etiã ex parte actoris committitur ſtipulatio ipſi ſtipulatori,cæteríſque quicũque ei ſuccedũt,[a] ſcilicet ſi rem ipſi habere non licuerit. cæterum

a *Obligatur*.vt inſtit.de inuti.ſtipul. §. ſi quis alium.&.j̃. de fideiuſſ, l. ſicut reus.

b *Vtimur*.vt factũ alienum promittendo non obligetur[a] quis. M. ideoque dicendum vt de facto alieno non videatur promiſſum. ADDITIO. Dic hoc verum, niſi in promiſſione appoſitum fuerit iuramẽtum:quia tunc propter iuramentum valet, ſecundum Ia.

a] Iſta gloſ. iuncto text. nõ procedit in caſu ſingulari.l. qui autem.§ 1.s̃. de conſtitu. pec.ſecundũ Bal in.l.1.C. de cõſti. pecu.

c *Sed ſe*.aliàs ſed ſi ſe.& tunc eſt plana.

d *Cæterorum*.vt iure honorario, vel fideicommiſſario.

e *Efficiat*.Vel alter quem prohibere poſſit: vt.s̃.de dam. infec. l. fluminum.§.quamquam.&.s̃.loca.l.ſi fundus. & ſic poteſt intelligi.j̃.eo.l.inter ſtipulantem.§.j.vel aliter vt ibi.

f *Per alium*.extraneum.

g *Heredem*. hæc ſunt verba hominis promittentis, præter heredem &c.

h *Promittere*.niſi in caſu:vt ſupra de act.emp.l.emptorem.§. fina. quæ eſt contra.& dic plene vt ibi. M. ADDITIO. Dic quòd ibi promiſſor tenetur de facto tertij & vincentis ex natura præcedẽtis contractus:hic nullus præceſſit contractus de quo teneatur de euictione,ſecundum Bart.& Imo.

i *Alienum*.aliàs ſi ſimpliciter dixiſſet,& non dixiſſet præter heredem ſuum:factum promittere videtur:vt modo dixi.M.

k *Res ea*. In pœnali enim ſtipulatione non inſpicitur intereſſe[b] quando non intereſt ſtipulãtis:vt.j̃.ea.l.§.alteri. Sed opponitur, cum loco mei intereſſe hæc ſtipulatio pœnalis ponitur: hoc caſu duplum quantitatis in priore ſtipulatione tacite comprehenſæ non egreditur,ſecundum quoſdam:& ideo inſpiciẽdum eſt quæ ſit quantitas conditionalis ſtipulationis,id eſt pœnalis, vt nõ excedat duplum, ſecundum eos.[c] ſic inſpicitur quæ ſit cõditio turpis vel honeſta,vel præcedentis ſtipulationis vel ſequentis:vt in d. §. alteri. pœnalis enim ſtipulatio præcedentem ſtipulationem vtilem facit: non vt inde naſcatur actio, ſed metu pœnæ cogitur: ſicut ſententiæ arbitri qui ſine ſacramento cognoſcit, vel à iudice non datur, non cogitur aliquis acquieſcere per actionem quæ inde naſcatur: quia nulla naſcitur: ſed per pœnam compromiſſi &c.

b] Hoc verũ quando pœna eſt in ſtipulatiõe deducta: ſecus ſi pœna promittatur pacto quantũcunque veſtito cohærẽtia cõtract^9: quia tũc inſpicitur an ĩterſit: vt eſt caſus ſingul. in.l. ſeruus ea. s̃.de ſer. expor.ſecundũ Imo hic.

c] Hæc opi. nõ eſt vera. nec ob. d. l. 1.quę loquitur in ſtipulatione pœnali,qua adiicitur certũ: hic autẽ continet incertũ, ſecundum Bart.

l *Si nemo*.reſpondet,eatenus ſi &c.

m *Succeſſores*. Sed nonne qui controuerſiam mouet, exceptione pacti remoueri poteſt? vtique:non ergo de iure litigat.eadem ergo ratione poteſt committi in aliena re:quia etiam non iure poteſt facere quis controuerſiam. Sed contra dicitur. j̃.e.l.§.j.&.§. quæſitum.Reſpon.[d] licet per exceptionem repellatur,de iure tamen litigat proponendo ius quod habet in rei vindi. quod in re aliena diuerſum eſt. nec enim per pactum deſiit eſſe dominus:vt C.de tranſac.l.ſiue apud. Item videtur hæc ſtipulatio idẽ continere quod tranſactio.ſed certe ſecus eſt hic: quia trãſactio etiam ſuper re aliena fieri poteſt, quæ etiam ſemper perſeueret aliena: hæc non. Item illa ſuper re dubia tantum per litem.i. propter litẽ.hæc ex omni cauſa:quæ etiã ex liberalitate mea interponi poteſt.& eſt eius promiſſionis ſenſus, vt ratione iuris præſentis vel futuri non agam:& ſi aliquod iſtorum defuerit,nõ committitur. A nec eſt contra in eo quod dicit de pœna:vt.j̃.eo.§. quæſitum. vt ibi not.& ideo nec in re aliena nec in ſeruo ſtipulãte vel promittente committi poteſt:vt.j̃.eod.§.quæſitum.&.§.hi qui.verſi.ſed ſi ſeruus.ſed vbi rem alienam mihi habere licere promittis, & eã iniuſte aduocas & obtines: an poſt ſententiã contendere potes rem alienam, & iniuſte latã ſentẽtiam, nec tenearis ex ſtipul? ar.quòd non. s̃.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium. §. j. Illud certum eſt,quòd lite conteſtata non cõmittitur:quia nõdum declaratum eſt rem eſſe tuã: niſi ad expenſas forte, quas potes petere etiam cõſtante iudicio:vt no.j̃.proxi.§. Item ſi rem meam promiſi habere licere, & euincam: nonne repellam agentem ad intereſſe: quia nõ excipit? Reſpon.non:vt.s̃.de euic.l.vindicãtem. Item nec potero dicere per iniuriam pro me iudicatum: vt ſupra de leg. j.l. ſi ſeruus plurium. §. j. Item cùm hæc ſtipulatio ius contineat: vt s̃.e.§. ij. quomodo pro re mea quã promiſi habere licere, committitur,cum de iure euincere non poſſum? Reſpõ. licet contineat ius, tamen propter factum committitur:vt.j̃.hac l.dicitur.Sic committitur ſtipulatio etſi non de iure agat quis:vt infra rem ra.ha.l.ſi ſine.§.cum autem.Vel dic quòd hic de iure egit,quia dominium non amiſit per talem promiſſionem, vt modo diximus. C

d] Hæc vera & cõmunis ſecundũ Iaſ. Tranſactio ſuper re aliena fieri poteſt.

n *Si quis*.qui mihi promiſerat habere licere.

o *De poſſeſſione*.per aliquod puta interdictum.

p *Controuerſiam*. & cum effectu. vt etiam vicerit.[e] aliàs, id eſt ſi conſtaret adhuc iudicium: forte tantum nomine ſumptuum cõmitteretur.ſ.hæc ſtipulatio,vt.j̃.rem ra.ha.l. amplius. Vel verius diſtingue vt diximus in contrario.s̃.de euic.habere licere.

e] Super iſto periculoſo articulo cõclude quod ſtipulatio habere licere, ſiue interponatur ſuper cõtractu emptionis, ſiue ſuper alio, nõ cõmittatur niſi lata ſententia ſecundum Ia.

q *Diſtractum eſt*. per promiſſorem in ſtipulationem per hanc ſtipula.habere licere.

q *Diſtractum eſt*. his ergo caſibus & pro aliena re committitur. ſed dic imò eſt ſuum ius: vt &.j̃.de bo.liber. in ſeruitutem.&.j̃. de ſolu.l.etiam.&.j̃.de verb.ſig.l.habere.

r *Quod habuit* aliud in ſtipulatione dupli:illa enim non committitur ſeruitute reali euicta:vt.s̃.de euic.l.quod ad ſeruitutes.

ſ *Quæ res*.id eſt ſtipulatio.

t *Cœperit*.alioquin nec ipſe promiſſor,nec ſucceſſor eius controuerſiam mouere poteſt.Azo.vnde ſtipulatio non valet.M.

u *Quare*. quod hic dicitur quare ſi perſeuerauerit aliena &c. videtur contrarium.s̃.proxi.§.ſed ibi erat promittentis ius,quod euincit:vt ibi dixi:hic autẽ prorſus aliena.Itẽ contra.j̃.eo.inter ſtipulantẽ.nam qui promittit habere licere, non promittit ſimplex abnutiuum:ſed curaturum ſe ne alius faciat:vt ibi.nã in aliena re culpa poteſt admitti:vt.s̃.de leg.j.cũ res.§.ſed ſi alienus. Sed ſolue vt ibi in.l.inter ſtipulantẽ.Item contra.s̃.de act.emp.l. ex empto,§.qui autem.aliàs eſt iſte.§.in.l. emptorẽ. ſed aliter ſonãt iſta verba in vẽditione:aliter in ſtipulatione. nã re euicta tenetur ex empto ad pretium:vt ibi dicit:& plene ibi dixi.hic eſt ſecus. D

x *Adiecta ſit*.ita ſcilicet, ſi per extraneos tibi habere non licuit: vt.s̃.ead.l. ſed ſi quis.&.§.at ſi quis.&.§. ſed quatenus. ſi verò ſic promittat pœnam,ſi per me tibi habere non liceat, & perſeuerat aliena:non committitur ſtipulatio pœnæ:licet lis cõteſtetur, ſcilicet quia nullum ius habet.Pœnam autem accipe certam,vel incertam:vt.j̃.iudi.ſol.l.nouiſſima.§.j.

y *Factum ſit*.ſuum enim factum,non alienũ promiſit.M. ſed ipſe litem non potuit de iure mouere:& ius continet:vt.j̃.§.ij.

z *Ex parte rei*.id eſt promiſſoris.

a *Succedunt*. in vniuerſum ius. nam huiuſmodi ſtipulatio ad heredes vel ad arrogatorem tantum tranſit:vt.s̃.de vſufru.l.ſed & ſi

a] ahhuc intereſſe.
b] Iſta ſecunda opi.eſt vera,& procedit ſi fiat ceſſio actionis: & nõ aliàs. Bar.Imo. & Alex.

quis.[a] §.ſi operas.idem[b] videtur ſecũdum B.& M. & in ſucceſſore rei cui habere licere intereſt ſtipulantis:vt.ſ.de euic.l.ſi pro re pupilli.§.j.

a *Licere*.non adiecto mihi,nam intelligitur:ſed de extranea perſona non intelligitur:vt.j.e.l.ſi ita ſtipulatus.iij.§.Chryſogonus. in fi.& facit inſti.de ſtipu.ſeruo.§. ſiue autem.

b *His*.parẽtibus & dominis.

c *Non committitur*. de rigore : cũ ſeruus agere vel conueniri non poſſit.

d *Auferri*.de facto.

e *Poßit*. propter quod videbatur & aliis ſe obligare,& alios ſibi.

f *Factum*. ſcilicet tantum:vt ſupra de adqui. poſſ.l. poſſeſſio quoq;. §. j.

g *Sed ius*.id eſt effectũ iuris.

h *In hac ſtipulatione*.habere licere.

i *Vertitur*. quia ſeruo competere non potuit.

k *Cum vero*. interſerit nouum caſum.

l *Liceat*. quod poteſt: vt inſtit.de ſtipu. ſer. §. ſed cum factum.

m *Mihi videtur*.prædicta emendanti.

n *Filiofamilias*. de quo non poſuit in quæſtione:quia non cauſat dubium.

o *De poſſeßione*. i. naturali detentatione.ad qđ eſt argu.contra.j.de ſolu.Stichum.§.vſumfructum.in fin.&.ſ.de cõdit. & demon.l.qui heredi. &.ſ. de adquiren.poſ.l. quod ſeruus. &.l.poſſeſsio.§.j.& ſupra de pactis.l.& heredi. §. quod ſi ſeruus. &.§. de doli. (eſt enim verſi.dicti.§.quòd ſi ſeruus.) & infra proxi.§.Accurſius.

ſi alij habere non licuit:certo certius eſt non committi ſtipulationem. & nihil intererit, vtrum ita ſtipuler,*habere licere*:an,*mihi habere licere*.[a]

Hæc ſtipulatio ius cõtinet ſi poteſt,aliàs refertur ad factum.Bart.

Hi qui ſunt in aliena poteſtate, his[b] in quorũ ſunt poteſtate, habere licere ſtipulari poſſunt:ea ratione qua cætera quoque his poſſunt ſtipulari. Sed ſi ſeruus fuerit ſtipulatus ſibi habere, quæſitum eſt an rectè ſtipulatus videatur.Et ait Iulianus libro quinquageſimoſecundo digeſtorum, ſi ſeruus ſtipuletur ſibi habere licere, aut per ſe non fieri quo minus habere ſtipulatori liceat,promittat:ſtipulatio (inquit) non committitur,[c] quanuis auferri[d] res ei,& ipſe auferre eandem poſſit.[e] Non enim factum,[f] ſed ius[g] in hac ſtipulatione[h] vertitur.[i] Cùm verò[k] ſtipulatur,per promiſſorem non fieri quo minus ſibi ire agere liceat:[l] nõ ius ſtipulationis, inquit, ſed factum verſatur. Sed videtur mihi,[m] licet iuris verba cõtineat hæc ſtipulatio,*habere licere*: tamen ſic eſſe accipiendam,vt in ſeruo & in filiofamilias[n] videatur actum eſſe de poſſeſſione[o] retinenda,[p] aut non auferenda,[q] & vires habeat ſtipulatio.

Verbum, poſſidere, intelligitur ciuiliter,niſi conditio perſonæ faciat intelligi de naturali detentatione.Bartolus.

Hæc quoque[r] ſtipulatio,[ſ] *poßidere mihi licere ſpondes*? vtilis eſt. quam ſtipulationẽ ſeruus an poſſit vtiliter in ſuam perſonam concipere,videamus. ſed quamuis ciuili iure[t] ſeruus non poſsideat, tamen ad poſſeſſionem[u] naturalem hoc[x] referendum eſt:& ideo dubitari non oportet,quin & ſeruus rectè ita ſtipuletur.[y] Planè ſi tenere[z] ſibi licere ſtipulatus ſit ſeruus : vtilem eſſe ſtipulationem conuenit. Licet enim poſsidere ciuiliter non poſsint:[a] tenere[b] tamen eos nemo dubitat. Habere, dupliciter accipitur.Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus eſt: & eum qui dominus quidem non eſt,ſed tenet.[c] Denique habere rem apud nos depoſitam ſolemus dicere.

p *Retinenda*.ſibi.

q *Non auferenda*. alij.R.ad quod eſt.ſ.de pecul.l.nec ſeruus.& de pac.l.contra iuris ciuilis.§.ſi filius.

r *Hæc quoque*.non ſolùm illa cui non adiicitur mihi. R.Vel dic non ſolum illa,habere licere.

ſ *Stipulatio*.inſpecta ratione facti.

t *Iure ciuili*.inſpecto:vt infra de reg.iur.l.quod attinet.

u *Ad poſſeßionem*.id eſt vt de facto quæratur ei poſſeſsio.

Poſſidere quis ciuiliter multis modis poteſt.

x *Hoc*. id eſt hæc ſtipulatio poſsidere mihi licere. pluribus tamen modis dicitur quis poſsidere de iure ciuili. Primò vt hic dicitur, quod ad perſonas refertur : quod in ſeruum non cadit vt ſic poſsideat. Secundò dicitur ciuiliter poſsidere,qui poſſidet animo ſolo. Item tertio, qui poſsidet iuſte: quod hic non quæritur.

c] iſtam gl. ſequuntur ſcribentes hic. & Bart. in.l. de ætate.ſ. de mino. & idem Bar. in l.1.ſ. ſi cer.peta.
d] Iſta gl. per ſcriben. hic reputatur ſing ad hoc propoſitũ ꝙ teſtes debẽt deponere & interrogari ſup his quæ conſiſtũt in facto : cuius facti rationẽ aſſignare nõ tenẽtur ſi de ea ratione nõ interrogentur. Bol.

y *Stipuletur*.Arg.etiam ad quæſtiones[c] de facto. quæritur enim à ruſtico, & dicit vidiſſe ſe hunc tenere & poſsidere: & neſcit quid ſit poſſeſsio, quam etiam peritiſsimi definire non ſunt auſi,quòd debeamus intelligere[d] de poſſeſsione quæ facti eſt.Item debemus interpretari vt res valeat : vt ſupra de lega. j. l. ſiquando.& infra ad munici.l.j.in fi.& de reb.dub.l.quotiẽs.ij.&.l.vbi.

z *Planè ſi tenere*. hic tenere & ſuperius poſsidere tantundem important : ſed hoc caſu indubitanter reſpondetur vtilem eſſe ſtipulationem.

a *Non poßint*.vt pro ſuo poſsideant.

b *Tenere*.id eſt naturaliter poſſeſsioni incumbere.& facit.ſ.proxi.§.cum ſuis concor.

c *Sed tenet*.idem cum poſsidet:vt infra de verb.ſignific.l. habere duobus.&.l.id apud ſe.

[SI QVIS ITA.] Caſum in hoc.§.cum ſeq.vſque ad finem ſic pone:Stipulatus ſum à te vt mihi liceat vti frui.poſt mortem meã heres meus vult vti hac ſtipulatione:& vult vti frui ſicut ego feci:an poſſit?Et reſpon.quòd nõ:poſſum tamen bene ſtipulari vti frui pro me,& pro herede meo. & probat hoc argu.à ſimili, ibi: Nam & ſi. quia ſi ſtipulor mihi ire agere licere : competet etiam heredi meo. [SI QVIS.] Volebam mihi cautum eſſe ne in certa quadam re per Titium dolus committeretur.ſuper hoc conſului iuriſperitum,vt me doceret qualiter ſtipulari deberem. qui mihi reſpõdit quod ſi volo dolũ promiſſoris abeſſe alicui rei,ſufficit ꝙ ita ſtipuler: Titi ꝓmittis mihi dolũ abeſſe ab hac re,& abſuturũ eſſe? ille reſpondet, promitto.certe hac promiſsione obligat ſe Titius, & etiam ſuum heredem. Dico ego : domine doctor, bene me docuiſtis:ſed ego ſum homo ſuſpicioſus:timeo ſubmergi in terra ſolida:& ſemper vereor ne decipiar. oſtendatis mihi quomodo tut' eſſe potero à dolo ipſius promiſſoris,heredum eius, & omnium aliorũ.Reſpondet iuriſcon.oportet quòd ĩ ſtipulatione tua adiicias pœnã, hoc modo : promittis mihi ꝙ dolus abeſt, abſuturúſque eſt : & ſi contra factũ fuerit, pœnam.c. aureorũ promittis?promitto, dicit ille. certe hoc modo poteris tutus eſſe à dolo promiſſoris & heredũ ſuorũ. ſi tamen aliquis extraneus dolum committat contra te: poteris petere pœnam à promiſſore:& ſic loco damni qđ habuiſti propter dolũ cõmiſſum,habebis pœnam illã.c. aureorum.

[SVÆ PERSONÆ.] Planus eſt.& vide gloſſam. [INTER.] Sæpe promittunt homines ſibi inuicẽ ſub certa die, aut ſub cõditione quæ omnino eſt extitura:& aliquãdo ſub die incerta, vel ſub cõditione quã nõ eſt certũ euenire. Quęritur ergo quę eſt differẽtia inter promiſsionẽ factã die certa,& factã in diẽ incertã. Reſpõdet iuriſcon.ꝙ ille qui promittit in diẽ certã,ſtatim poteſt ſoluere,& nõ videtur plus facere q̃ debeat:& ideo non repetit, quaſi nimis cito ſoluerit. Ille autẽ qui promiſit ĩ diẽ incertũ.ſ.ſi hoc aut illud factũ fuerit:ſi ante ſoluat,nõ videtur feciſſe quod promiſit.ſ.tantũ:imò plus:quia repetit ſolutũ. [ALTERI.] Volo ſtipulari hoc modo:Mæui promittis mihi ꝙ dabis.c. Titio?an valeat talis ſtipulatio? Reſpõdet ꝙ non:quia nemo poteſt alteri ſtipulari: niſi ſeruus dño ſuo:aut filius patri ſuo. Quid ergo faciẽdũ eſt ſi volo alteri ſtipulari? Certe debet pœna apponi: veluti, Mæui promittis mihi ꝙ.c.dabis Titio: & ſi non dederis,promittis.l. nomine pœnæ?ſi ille dicat promitto,& nõ fecerit quod ꝓmiſit: poterit pœna ab eo exigi. [IN STIPVLATIONIBVS.] Habebam duos ſeruos Stichos:vnus erat albus,alter niger:& vnus multo melior alio.ſtipulatus es à me hoc modo:promittis mihi ſeruũ tuũ Stichũ?dixi,promitto.veniente die ſolutionis tu vis habere album, qui eſt melior nigro. & dico,ego non cogitaui de albo quando promittebam:ſed de nigro tu dicis,volo habere qui mihi placet. Nunc quæritur quid iuris? Reſpõ.ꝙ tu debes habere nigrũ : quia fit interpretatio contra te.ſ.ꝙ ſenſerimus de nigro: non de albo. [EVM QVI.] Stipulatus ſum à Titio hoc modo : promittis mihi dare.x.& Seio.x?nũquid Titius debet.xx.mihi.ſ.x.&.x.Seio? Reſpon.quòd tantùm.x.debet:quia illa.x.quę mihi promiſit,eadem promiſit & Seio. [SI STIPVLER.] Stipulatus ſum à Titio hoc modo:promittis mihi ſoluere quod mea intererit : vel promittis me indemnem ſeruare? Et dicitur quòd ſic. Et ponit iuriſconſul. exemplum:tu & ego eramus tutores vnius pupilli. ego ceſsi tibi adminiſtrationẽ tutelæ: & ſtipulatus ſum à te rem pupilli ſal. fo. ſtipulatio iſta valet.intereſt enim mea fieri quod ſtipulatus ſum: quia ego obligarer pupillo, ſicut tu, ſi male adminiſtrares. [SI QVIS INSVLAM.] Promiſiſti mihi Titio inſulam facere:deinde vadis ad Mæuium,& dicis ei:ego promiſi Titio facere inſulã: ſed ſum ita occupatus quòd nõ poſſum ſeruare quod promiſi.vis

tu illam

## Stipulatio interpoſita ſuper iure perſonali, ad heredem non tranſmittitur: niſi exprimatur. Barto.

Si quis ita ſtipulatus fuerit, vti frui ſibi [a] licere: ad heredem iſta ſtipulatio non pertinet. Sed & ſi non addiderit, *ſibi*: non puto ſtipulationem de vſufructu ad heredē trāſire. † [b] eóque iure vtimur. [c] Sed ſi quis vti frui licere ſibi heredique ſuo ſtipulatus ſit: videamus an heres ex ſtipulatu agere poſſit. Et putem poſſe: licet diuerſi ſint fructus. [d] Nam & ſi ire agere ſtipuletur ſibi heredique ſuo licere: idem probauerimus. [e]

## Stipulatio doli ſimpliciter interpoſita etiam dolum heredis comprehendit, non extranei, niſi pœna fuerit appoſita. Bartolus.

Si quis dolum malum promiſſoris, heredíſque eius abeſſe velit, [f] ſufficere, *abeſſe, abſuturumque eſſe*, ſtipulari. ſi vero de plurium [g] dolo cauere velit, [h] neceſſarium eſſe adiici, *Cui rei dolus malus ſi nō abeſt, non abfuerit: quanti ea res erit, tantam pecuniam* [i] *dari ſpondes?* [k]

## Quæro hic quando quis ſtipuletur ſibi & heredibus ſuis aliquid quod ſit ad heredes trāſmiſſibile: vtrū in perſona heredis erit noua actio vel ſtipulatio. Pau.

Suæ perſonę [l] adiūgere quis heredis [m] perſonam poteſt. ſed & adoptiui patris perſona coniungi poterit.

## Debitum in diem certum poteſt ſolui ante diem: ſecus ſi in diē incertum. Bartolus.

Inter incertam certámque [n] diē diſcrimen eſſe, ex eo quoque apparet, quòd certa die promiſſum, vel [o] ſtatim dari poteſt. [p] totum enim [q] medium [r] tēpus ad ſoluēdum liberū promiſſori relinquitur. [s] & qui promiſit, [t] *ſi aliquid factum* [u] *ſit: vel cum aliquid factum ſit:* niſi cū id factū fuerit, dederit: non videbitur feciſſe quod promiſit. [x]

## Non poteſt quis alteri ſtipulari niſi filius vel ſeruus. ſed metu pœnæ ſtipulationis ei paretur. Bar.

Alteri ſtipulari nemo poteſt [y] præterquam ſi ſeruus domino, [z] filius patri ſtipuletur. inuētæ ſunt enim huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi adquirat quod ſua intereſt. cæterum vt alij detur, nihil intereſt mea. [a] Planè ſi velim hoc facere, pœnam ſtipulari cōueniet, [b] vt ſi ita factum non ſit vt cōprehenſum eſt, cōmittatur [c] ſtipulatio etiā ei cuiꝰ nihil intereſt. [d] Pœnā enī cū ſtipulatur quis non illud inſpicitur, [e] quid interſit: [f] ſed quæ ſit quantitas, [g] quæque conditio ſtipulationis [h]

A

B

C

D

tu illam inſulam facere? & quod iuſtum fuerit, dabo tibi. tu promittis mihi quod facies. certe valet ſtipulatio, & potero agere ad intereſſe contra te ſi non facias. Et ſimiliter pone in quinque exēplis ſequen. [SI QVIS ERGO] Poſſum ſtipulari quod ſiſtas Stichum iudicio. item poſſum ſtipulari à te quod ædifices mihi locū ſacrum: quia ſi diceremus non poſſe ſtipulari ædificari locum ſacrum, ſequeretur quòd nec agere poſſemus ex locato & conducto: qđ eſſet contra iuris diſpoſitionē. Duæ. ll. ſequen. claræ ſunt. Fran. Accur.

a *Sibi.* non refert, apponat vel non. ſic. s̃. §. ſicut. in fi. §. & infra titu. ij. l. j. in prin. Sed ar. C. de conſti. pec. auth. ſi quando. ADDITIO. Dic quòd ibi imperſonalitas ex parte promiſſoris vitiat, ex parte autem ſtipulatoris nō: vt hic, ſecundum Bar.

b *Tranſire.* defunctus tamen vſumfruct. habebit: quia ſibi ſtipulatus videtur: vt. j̃. eo. titu. l. ita ſtipulatus. iij. §. Chryſogonus.

c *Vtimur.* quia perſonale eſt.

d *Fructus.* id eſt vſuſfructus. Vel dic vt alij dicunt: quia ſtipulator percipiet vt fructū, heres vero vt cauſam: & ſic mutat nomē vſusfr. in perſona heredis.

e *Probauerimus.* quo ad hoc vt heredi debeatur & heres agere poſſit ſed in hoc differunt: quia ſuperior non trāſit ad heredem, niſi ſit actum. hic tranſit: vt. s̃. eo. l. ij. in fin. &. s̃. familiæ erciſcun. heredes. §. an ea. Itē hic ad heredē heredis, ſuperior non: vt. C. de vſufru. l. antiquitas. Itē alius eſt vſusfru. in perſona heredis: alius in perſona ſtipulatoris: vt hic, &. C. de vſufru. l. antiquitas. & infra quibus modis vſusfru. amitt. l. repeti. quod hic non eſt.

f *Velit.* ſtipulari.

g *De plurium.* ſcilicet extra perſonas heredum.

h *Velit.* à promiſſore.

i *Pecuniam.* ſcilicet nomine pœnæ.

k *Spondes.* quia non ſufficit ita ſtipulari omnem dolum abeſſe cū alienum factum promittitur: ſed pœnam debet ſtipulari: vt hic. & facit infra eo. l. ex ea parte. &. s̃. vſusfru. quemadm. caue. l. huic ſtipulationi. &. j̃. de verb. ſigni. l. hæc verba cui. &. s̃. §. quæſitum. Sed contra. j̃. eo. l. inter ſtipulantem. in prin. Sol. vt ibi.

l *Suæ perſonæ.* ſtipulantis dolum abeſſe.

m *Heredis.* futuri: nam viuens heredem non habet: vt. s̃. de here. ven l. j. Sic & patris adoptiui dic futuri. & ſic ſtipulando, vt hic: & promittendo, vt. s̃. poteſt adiungi. Si autem dicas præſentis patris: tunc dic quòd poteſt adiungi ſtipulando, non promittendo, niſi & promittendo faceret conditionem patris meliorem: vt. C. de pac. l. filius. immo etiam conuentionis: id eſt ſi cōueniatur pater, refert contrahat filius cum extraneo ante arrogationem: & tunc non teneatur pater. vel poſt: & tunc ſic: vt inſtitu. de adqui. per arro. §. fina. &. s̃. de pecu. l. in arrogatorem.

n *Incertamque.* nō eā quæ eſt omnino extitura: vt. j̃. de noua. l. ſi pupillus. §. j. vbi dicitur pura. i. in diē. ſed dies dicitur hic incertus propter cōditionem. arg. s̃. de lega. j. l. talis ſcrip. & de cōditio. & demonſtra. l. dies incertus. bene dico ſtatim poſſe ſolui, niſi gratia ſtipulatoris [a] fiat dilatio. ar. ſupra de leg. ij. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ſicut accidit in primitiis agrorum [b] quas non ſtatim tenetur accipere ſacerdos, ſed nouem diebus debent eſſe apud matrem [c] quod tempus gratia ſacerdotis inſertum eſt.

o *Vel.* pro etiam.

p *Dari poteſt.* licet non peti nec repeti ſolutum poteſt etiam ante diem: vt. s̃. de cōdic. indeb. l. in diē. & facit. C. de fideicōmiſ. l. poſt mortem. & de leg. j. l. filiusfamilias. §. apud Marcellū. Sed arg. contra. s̃. de an. le. eum qui. &. l. liberto. §. Largius Euripianus cōſuluit. & ad Trebel. l. ſed ſi ante.

q *Totum enim.* vere poteſt ante dari: totum enim &c.

r *Medium.* hæc ratio recipit exceptionem: vt. j̃. eodem. l. liber homo. §. decem.

ſ *Relinquitur.* j̃. eodem l. cōtinuus. § cū ita. &. j̃. de ſol. ꝙ in diē. &. l. qui res. §. mihi decem. &. j̃. eo. l. eū qui kalendis. in fi.

EVm qui ita ſtipulatur, *Mihi & Titio decem dare ſpondes?* vero ſimilius eſt ſemper vna decem[b] communiter ſibi & Titio[c] ſtipulari: ſicuti qui legat Titio & Sempronio, non aliud intellegitur[d] quàm vna decem communiter duobus legare.

Expreſſio futuri heredis nihil operatur, & perinde habetur ac ſi expreſſus non eſſet.Bartolus.

*Te & Titium heredem tuum*[e] *decem daturum ſpondes?* Titij perſona ſuperuacua[f] * comprehenſa eſt. ſiue enim ſolus heres extiterit, in ſolidum tenebitur. ſiue pro parte,[g] eodem modo quo cæteri coheredes eius obligabitur. & quãuis conueniſſe videatur[h] ne ab alio herede quàm à Titio peteretur,[i] tamen inutile[k] pactum conuentum coheredibus eius[l] erit.

* ſuperuacue.

Filio adiecto ad ſolutionem, etiam poſt emancipationem poteſt ſolui. ſecus ſi adiiciatur ad obligationem.Bartolus.

Qui ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatur: manifeſtè perſonam filij in hoc complectitur, vt ei rectè ſoluatur.neque intereſt, ſibi aut extraneo cuilibet, an ſibi aut filio ſuo quis ſtipuletur.[m] quare vel manente † in poteſtate, vel emancipato[n] filio rectè ſoluitur. Neque ad rem pertinet, quòd qui filio ſuo dari ſtipulatur, ſibi adquiB rit:[o] quia coniuncta[p] ſua perſona ſtipulator efficit, vt non adquirendæ obligationis gratia, ſed ſolutionis[q] cauſa perſonam filij adprehendiſſe* intellegatur.[r] Quod ſi ſoli filio ſuo qui in poteſtate ſua ſit, dari quis ſtipulatus ſit: non rectè filio ſoluetur: quia filij perſona obligationi magis quàm ſolutioni[ſ] applicatur.

† manenti.

* adhibuiſſe.

Obligatio ſui natura eſt perpetua, & non finitur tempore ipſo iure, etiam ex partium conuentione, ſed ope exceptionis: quod tribus probatur exemplis. Bartol.

Qui ita ſtipulatur: *decem*[t] *quo-*

EVm qui.] CASVS. Stipulatus ſum hoc modo: Mæui promittis dare decem mihi & Titio? quæritur an videar tantum.x.ſtipulatus, an xx? Et dicitur quod tãtum decem: & adducit ſimile in legato, quod eſt clarum. [TE ET TITIVM.] Stipulatus ſum à te hoc modo: Promittis tu dare & heres tuus Titius? quærit̃, quid ꝓſit perſona heredis appoſita in ſtipulatione? Rñ. quòd nihil: ſed eſt ſuperuacua. Nã ſiue ſit heres Titius ſolus, tenebit̃ ſolus, ſiue ſit hæres cũ aliis, tenebit̃ ꝓ parte hereditaria. & licet ꝑ appoſitionem perſonæ Titij videatur conueniſſe inter me & te ne ab alio poſſim petere quã à Titio: tamẽ inutile eſt pactũ quia à quocũque qui erit heres, petere potero. [QVI SIBI.] Stipulatus ſum mihi dari & filio meo. debitor volẽs liberari, cum me non reperiret, ſoluit filio meo. quæritur vtrũ recte ſoluerit, & ſic liberatus ſit? Et reſpondetur quòd ſic: quia filij perſona eſt adiecta ſtipulationi magis cauſa ſolutionis, quàm quod ei adquiratur. & hoc locum habet C ſiue filius maneat in poteſtate patris, ſiue emancipetur. vſque ibi nec ad rem. vbi ſoluit tacitam quæſtionem: quia poſſet quis dicere: quomodo tu dicis mihi quod filio ſolui poſſit: cum ita ſit, quòd quotiẽs pater filio ſtipulatur, ſibimet adquirit? ſoluit, quòd hoc non obſtat: quia perſona filij non eſt adhibita in ſtipulatione cauſa ſibi adquirendi: ſed tantum vt ſibi ſolui poſſit. vſque ibi, quòd ſi ſoli. Dicit: ſecus eſt ſi ego ſtipulor filio meo ſoli, non adiuncta perſona mea: quia tunc non recte filio ſoluitur: quia perſona filij magis applicatur obligationi quàm ſolutioni. [QVI ITA STIPVLATVR.] Stipulatus ſum à te hoc modo: Promittis mihi viginti aureos quoad viuam? tu reſpondes, promitto. quæritur hic, quando petere poſſim? Reſpondetur quòd ſtatim. ſed an heres meus petere poterit? Dicitur quòd ſic, ipſo iure: tamen exceptione repelli poteſt. & ſubiungit de hoc duo exempla quæ ſunt clara. [QVI ITA.] Idem eſt dicere, promitto tibi ante feſtum Paſchæ: & promitto tibi in feſto Paſchæ. [QVI PROPRIETATEM.] Planus eſt [SI A TE.] Stipulor à te fundum Sempronianum. poſtea venio ad Titium. & ſtipulor D ab eo eundem fundum ſine vſufruct. hoc eſt nudam proprietatem. quæritur hic, vtrum tu liberatus ſis propter iſtam ſecundam ſtipulationem: quia videatur eſſe facta nouatio? Reſpon. quòd non: quia non tantum eſt deductum in iſtam ſecundam ſtipulationem, ſicut eſt in prima. non enim poſſes liberari à me ſoluendo fundum ſine vſufruct. immo ſemper poſſem à te petere vſumfructum illius fundi. Sed ſi tu ſolueris mihi fundum integrum: ille ſecundus promiſſor liberatur à me. [SI HOMINEM.] Stipulor à Titio ſeruum Stichum pure ſine vlla conditione. poſtea eundem Stichum ſtipulor à Seio ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. contingit quod iſte Titius interpellatus ante conditionis euentum, quæ appoſita eſt in ſecunda ſtipulatione, non ſoluit: & ſic eſt in mora: poſtquam moram Stichus ſeruus decedit. dicitur hic quòd ſtatim poſſum agere cum Titio qui moram fecit: nec Seius mihi tenebitur ſoluere ſi conditio euenerit. Sed ponamus quòd ego Titio acceptum tuli iſtum Titium. certe exiſtente conditione Seius mihi tenebitur ſoluere Stichum ſeruum. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis, quòd ſi deceſſerit ſeruus, Seius liberatur: ſi vero Titio acceptolatum ſit, non liberatur Seius? Reſpon. quòd ratio eſt: quia quando ſeruus decedit, nõ eſt amplius A in rerum natura: & ſic peti non poteſt quod non eſt. Sed quãdo liberatur Titius per acceptilationem adhuc viuente Sticho: ſupereſt id quod peti poteſt: ſcilicet ſeruus Stichus quẽ Seius promiſerat. hoc dicit. & eſt pulcherrimus. §. Fran. Accurſius.

b *Vna decem*: Licet bis ea poſuit: vt ſupra eod. ſtipulatio iſta.§.eũ qui. Accurſius.

c *Et Titio*.ſed ſola quinque debebuntur: vt. j. eo.ſi mihi.& inſti.eo.§. ſi quis.

d *Non aliud intelligitur*. vt.s.de leg.j.ſi duobus. in prin.&.l. ſi pluribus. in prin.&.l.ſi quis teſtamento. ſecus ſi dixerit dena: vt. d.l. ſi quis teſtamento.

e *Heredem tuum*.quem ſolum credebas[a] futurum heredem. ad quod eſt ſupra de pac.tale. §. fin.& de leg.ij.cum pater. §. cum exiſtimaret. & de leg.j.ſi duobus.§. heres.&.j. eo. Iulianus ſcribit.

a] Idẽ ſi credebas alios futuros heredes, ſecũdũ Imo Cuma.& Iaſ.

f *Superuacua*. hæc inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat. ſiue enim ſit heres ſolus tenetur ſolus: ſiue pro parte tunc pro parte: ſiue in nihilum, & tunc in nihilum, ſed ille qui heres erit. ſed hunc caſum non ponit lex iſta: ſed tunc quando cum alio fuit heres: in quo dubium erat quod hac. l. determinatur.

g *Pro parte*.extiterit heres.Accurſius.

h *Videatur*.tacite.

i *Peteretur*.quod valeret: vt.s.de pact.l.auus.

k *Inutile*.immo videtur vtile, & ſic quòd ſolum Titium tangat pactum obligatorium: vt.d.l.auus.& de pac.do.l.auus. quæ ſunt contra.Sol.ibi.[b] erat nominatim actum vt tantum vni ex heredibus proſpiciatur.ſ.filio: hic ſecus.Item hic ad obligandum, ibi ad liberandum.non ergo hic alios excludebat, quòd hũc teneri volebat: licet hoc prima facie videbatur: vt hic dicitur. ibi autẽ per hoc ꝙ filiũ excluſit.i.ſeparauit, non videtur alios excluſiſſe, immo potius incluſiſſe. Vel ſolue vt ibi.Item cõtra.j.eo.cõtinuus.§. fin.Sol.ibi[c] ſtipulatoris, hic promiſſoris. & ibi in facto. ADDITIO Iſtam approbant Bar.Imo.Ange.Alex.& Ia.

b] Reprobatur ꝑ Imo. Ale.& Ia.

c] Iſta reprobatur ꝑ Bar.

l *Eius*.quia non poſſunt dicere vt teneatur hic Titius tantum. Accurſius.

m *Stipuletur*.quia vterque pro adiecto habetur, ſiue ſit extraneus ſiue filius.Accurſius.

n *Vel emancipato*. aliud[d] in extraneo: vt.j.de ſol.cum quis.j.reſpon.quod eſt contra.& facit.l.Stichum.eo.tit. de ſolu. §. vſumfructum.vel dic vt in qualibet earum dixi.

d] Immo nõ eſt aliud, ſecundũ Bart. & Iaſ.

o *Adquirit*.vt.s.eo.l.dominus.& inſti.de inuti.ſtipu.§.eum qui, &.j.eo.l.quod dicitur.Accurſius.

p *Quia coniuncta*.perſonæ filij.

q *Solutionis*.vt.j.de ſolu.Stichum.§.quæſitum.&.s. de conſtitu. pecu.l.ſed ſi filio.§.ſi mihi. ſed cum pater filio in poteſtate conſtituto ſtipulatur, ſibi adquirit. item & ſibiipſi ſtipulans, ſibi adquirit.ergo cũ dicit, ſibi aut filio, ſuperfluitas eſt: vt.j.de ſtip. ſer. l.ſed ſi ſibi.Reſpon.hoc caſu filius pro adiecto habetur.Accur.

r *Intelligatur*.quod fit cum gratia obligationis quærendæ apponatur: cum non ſibi & filio, ſed filio tantum ſtipuletur, vt ſubiicit.Accurſius.

ſ *Solutioni*.vt &.j. eod.l. ſi duo.&.l.ſi ita ſtipu. fuero, ſi Titius.§. Chryſogonus.&.j.de ſolu.Stichum. §. quæſitum. ſed contra. s. ſolu.ma.Gaius.ſolu.ibi etiam actio quæritur nepti: non mirum ergo ſi poteſt ei ſolui.

t *Decem*.menſtrua, vel annua.

*ad viuam dari ſpondes?* confeſtim [a] decem rectè dari petit: ſed heres eius exceptione pacti [b] conuenti ſummouendus eſt. nam ſtipulatorem id egiſſe, ne heres eius peteret, palam eſt: [c] quemadmodum is qui vſque in Kalendas [d] dari ſtipulatur, poteſt quidem etiã poſt kalendas petere, [e] ſed exceptione pacti ſummouetur. [f] nam [g] & heres eius cui ſeruitus [h] prædij ita conceſſa eſt, vt quoad viueret, ius eundi haberet: pacti conuenti exceptione ſummouebitur. [i] Qui ita ſtipulatur, *ante kalendas* [k] *proximas dari ſpondes?* nihil differt ab eo qui kalendis dari ſtipulatur.

A

*Qui habet rem non plene, poteſt ſtipulari quod ſibi deeſt. Pau.*

Qui proprietatem ſine vſufructu habet: rectè vſumfructum dari ſibi ſtipulatur. id enim in obligationem deducit, quod non habet, ſed habere poteſt. [l]

*Quod ſolutum non inducit liberationem: illud promiſſum non inducit nouationem. Item ſolutione totius liberatur debitor partis. Bartolus.*

B

Si à te ſtipulatus fuero fundum Sempronianum, [m] deinde eundem fundum detracto vſufructu ab alio ſtipulor, prior ſtipulatio non nouabitur: [n] quia nec ſoluendo fundum [o] detracto vſufructu liberaberis: ſed adhuc à te rectè fundi vſumfructũ peterẽ. [p]

C

Quid ergo eſt? cum mihi fundũ [q] dederis, is quoque liberabitur, [r] à quo detracto vſufructu fundum ſtipulatus fueram.

*Stipulatio conditionalis animo nouandi moram præcedẽtem nõ purgat: & cum certum eſt ſecundam ſtipulationem committi nõ poſſe, poteſt ſtatim agi ex prima. & re deficiente, in conditionis euentu ſecunda committi non poteſt: ſecus ſi extat: licet prima obligatio ſit ſublata. Bartolus.*

Si hominem [ſ] quem à Titio purè ſtipulatus fueram, Seius mihi ſub conditione promiſerit, [t] & is [u] pendente [x] conditione poſt moram Titij deceſſerit, confeſtim [y] cum Titio agere potero: nec Seius exiſtente conditione obligetur. [z] At ſi Titio acceptum feciſſem, Seius exiſtente conditione obligari poteſt. [a] Idcirco hæc tam variè, [b] quòd homine mortuo [c] deſinit eſſe res in quam Seius obligaretur: acceptilatione interpoſita [d] ſupereſt homo quem Seius promiſerat.

*Effectus obligationis conditionalis tranſit ad heredes. Bart.*

LVII. IDEM *libro quinquageſimotertio Digeſtorum.*

SI quis, ſi Titius conſul factus erit, decem dari ſpoponderit: quãuis pendente conditione promiſſor moriatur, relinquet [c] heredem obligatum.

D

a *Confeſtim.* non enim ponitur tempus cauſa dilationis: ſed potius cauſa diuiſionis temporis quid & ex quo peti poſſit: ſicut & qui ſtipulatur hodie: vt. j. e. liber. ij. §. decem. Accurſius.

b *Pacti.* cum adhuc teneat obligatio. Accurſius.

c *Palam eſt.* cum dixit, quoad viuam. Accurſius.

d *kalendas.* aliquid diuturnum, puta & facit ſupra de an. leg. l. legatum.

e *Petere.* quia ad tempus deberi non poteſt, quia perpetuo durat de rigore. certis enim modis tollitur obligatio. Accurſius.

f *Summouetur.* de eo ꝙ poſt kalendas excurrit.

g *Nam.* à ſimili.

h *Seruitus.* quæ ad tẽpus eſſe non poteſt: vt ſupra de ſer. l. iiij.

i *Summouebitur.* cum adhuc vigeat obligatio: vt. d. l. de ſeruit. & fa. ſupra de act. & obliga. l. obligationum fere. §. placet. & inſtitu. e. §. at ſi ita. & ſupra eodẽ ſed & ſi ex ſtipulatu Stichum.

k *Ante kalendas.* dic, nihil intereſt quantum eſt in tempore ante kalendas: quia neuter petet ante: ſed in diem kalendarum differtur: vt ſupra eo. l. qui hoc anno. vel dic ſecundũ Io. & Hu. ante kalendas. ſ. finitas ſecus ſi ſtipuler ante inchoatas: quia tũc in diem kalẽdarum peterem: ſed Azo [a] dixit ſpeciale hic: & ſecundum literam intelligit, vt paria ſint omnino. aliud ergo ſi ſtipuler ante diem Iouis: quia tunc petam in diem Iouis. & aliud ſi ante kalendas: quia tunc non petam in diem kalẽdarum, ſecundum eum. vel dic quarto quòd hic dicatur ſiue proxi. ſiue non, vt idem ſit vtrobique, vt de proximis intelligatur: vt. ſ. eo. l. eum qui kalendis. & per omnia ſic exponitur. ſ. eo. qui ante.

a] Reprobatur expreſſe ꝑ Bar. Ang. & Pau.

l *Sed habere poteſt.* ſecus ſi non poſſet: vt. ſ. eo. l. multum. Accur.

m *Sempronianum.* pleno iure. Accurſius.

n *Non nouabitur.* quia aliud in ſecunda ſtipulatione venit quàm in prima: & hoc probat hoc modo: quia nec etiam ſi à te ipſo ſtipuler poſtea eundem fundũ detracto vſufru. fiat nouatio: & hoc merito quia &c.

o *Fundum.* ſcilicet tu & alius promiſſor.

p *Peterem.* id eſt petendo [b] fundum conſequerer vſumfr. vt. j. e. Iulianus. §. j. & . j. de ſol. l. etiam ſed oppo. contra prædicta quaſi videar idem ſtipulari ſecundo quod primo: & ſic fiat nouatio. nã dominium plenum totũ eſt, proprietas nuda & vſusfru. ſunt partes. videor ergo ſecũdo ſtipulari partem eius quod prius eram ſtipulatus totum: vnde eatenus ſtatim fiat nouatio: quod hic negat. ad quod eſt. ſ. de vſufru. l. iiij. & . j. e. l. qui vſumfructũ. ſed reſpon. fictitie dici: quia qua ratione ſoluto fundo peto adhuc fundũ propter vſumfructum qui deeſt, eadem oportet dici fundum ſolutũ non eſſe eum qui petitur, nec primo promiſſum eſſe eum qui ſecundo promittitur. vere tamẽ idem eſt. & adde quod not. j. l. qui vſumfructum. in fi. Accurſius.

b] Immo dic ꝙ non poſſum petere fundũ ſed tantum partem non ſolutam ſecũdum Barto. & alios.

q *Fundum.* pleno iure.

r *Liberabitur.* quia duæ lucratiuæ cauſæ &c. vt. ſ. titu. j. l. omnes debitores. & facit. j. de ſolu. l. quotiens id quod. Accurſius.

ſ *Si hominem.* certum, puta Stichum. Accurſius.

t *Promiſerit.* ſ. nouandi animo: aliàs nulli quæſtioni locus eſſet, ſecundum Ro. alij non nouandi animo dicunt.

u *Et is.* Stichus. Accurſius.

x *Pendente.* aliàs pendente: aliàs exiſtente.

y *Confeſtim.* non expectando euentum condi. Sed videtur Titij moram purgatam propter promiſſionem Seij: & ſic interitu rei liberatur Titius: vt. j. de ſol. l. qui decẽ. §. cum mihi Stichũ. in fin. §. & . j. de noua. quotiẽs ibi, vnde Marcell⁹ &c. Solu. ibi. ſ. in. l. quotiẽs. ſecundus nomine primi promiſit quaſi fideiubendo pro eo: hic ꝓ ſeipſo, non pro Titio. Alij quod hic fuit in mora Titius poſt promiſſionem Seij ibi ante fuerat: & ſic poterat eſſe purgata. ſed hæc non videtur bona [c] ſolutio. cum enim Titius ſub contraria cõditione tenebatur: vt. ſ. ſi cer. peta. l. pecuniã. ante cõditionẽ nõ poteſt conſtitui ĩ mora: vt. ſ. eo. l. cũ filius. §. fin. niſi dicas ꝙ fuerat in mora poſtea occidendo. ſed tũc male diceret poſt moram deceſſit: immo propter moram. ſed euades dicendo ꝙ primo lethaliter eum vulnerauit, & ſic fuit in mora: & poſtea deceſsit. Tertij quod hic Seius non promiſit animo nouãdi. [d] ibi ſic. Quarti, [e] vt R. ꝙ hic fuit actũ ꝙ propter ꝓmiſsionẽ Seij etiã animo nouandi factam nõ purgaretur mora Titij. ibi nõ fuit actum. Item oppo. quia pẽdente cõditione petitio eſt nulla: vt. ſ. ſi cer. peta. l. pecuniam. ergo nulla mora: vt. j. eo. l. ſi pupillus. Reſpon. [f] illud quando ipſe idẽ promiſit. & ſic loquit̃. j. de ſolu. l. qui decem. §. cum mihi. in prin. §. & de noua. l. ſi rem. §. ideoque. ibi, & ſi prius &c. & . l. ſi Stichum. in prin. hic alius, & non pro debitore. Vel dic quòd hic poſtea in mora cœpit eſſe lethaliter vulnerando: vt modo dixi: ibi in contrariis ante fuerat in mora. Vel dic etiam ſi ante ſecundam promiſsionem fuit in mora: refert, per interpellationem, vt ibi: an quia occidit, vt hic. Accurſius.

c] Hanc ſequitur. Cuiacius hic.

d] Iſta reprobatur per Bar. Ang. Pau. Alex. & Ia.

e] Diuinat ſecundũ Barto. licet ſit in ſe vera ex mente omnium doct.

f] Reprobatur per Bar. Alex. & Iaſ.

z *Obligetur.* cum res non ſubſiſtit: vt. j. de noua. l. quotiens. j. rñ.

a *Obligari poteſt.* Sticho viuo conditione exiſtente.

b *Varie.* cum vtroque caſu exiſtente conditione non inuenitur quid nouetur.

c *Homine mortuo.* pendente conditione.

d *Interpoſita.* vt in caſu ſecundo.

S *I quis.*] CASVS. Promiſiſti mihi decem ſub conditione, ſi rex Pariſius veniat. pendente conditione tu decedis. videbatur quòd obligatio eſſet extincta, eo quòd non euenit conditio te viuente. ſed non ſic: quia heres tuus tenebitur poſt te quando conditio euenerit. Fran.

e *Relinquet.* Idem econtra in ſtipulatore: vt inſtitu. eo. §. ex conditionali. Accurſius.

Q *Vi uſumfru.*] CASVS. Facit hic iuriſcon. quatuor comparationes. Prima eſt iſta: ſtipulor à te vſumfructum fundi Titiani: deinde ſtipulor à te totum fundum, id eſt cum proprietate & vſufructu. certe dicit quòd hæc ſtipulatio ſimilis eſt illi quando quis ſtipulatur partem alicuius rei, deinde totam rem ſtipulatur. nam vſusfru. eſt pars fundi. Sed ponamus econtra: ſtipulor à te totum fundum, deinde vſumfr. certe ſimilis ero ei qui primo totum ſtipulatur, poſtea partem. Sed qui primo actũ ſtipulatur, deinde iter, nihil prodeſt ſibi ſecunda ſtipulatio: ſicut qui primo decem ſtipulatur, deinde quinque, nihil agit quo ad

ſuum

ſuum commodum. ponit etiam aliud exemplum quod ſequitur de vſufructu & vſu. nam vſus ſemper eſt in vſufructu. Cętera plana ſunt. Fran. Accurſius. A

a *Qui vſumfructum*. qui partem dominij obtinet.

b *Fundum*. pleno iure. Accurſius.

Si ſecunda ſtipulatio continet plus quàm prima, præſumitur nouatio: ſecus ſi minus, niſi actum ſit expreſſè. Bartolus.

LVIII. IDEM *libro quinquageſimoquarto Digeſtorum.*

QVi vſumfructum [a] fundi ſtipulatur, deinde fundum: [b] ſimilis eſt ei qui partem fundi ſtipulatur, deinde totũ: quia fundus dari nõ intellegitur, ſi vſusfruct⁹ [c] detrahatur. Et ecõtrario qui fundum ſtipulatus eſt, deinde vſumfructum: ſimilis eſt ei qui totũ ſtipulatur, deinde [d] partem. Sed qui actũ [e] ſtipulatur, deinde iter, poſteriore ſtipulatione nihil agit: [f] ſicuti qui decem, deinde quinq; [g] ſtipulatur, nihil agit. [h] Item ſi quis fructum, deinde vſum ſtipulatus fuerit, nihil agit: niſi in omnibus nouandi animo hoc facere ſpecialiter expreſſerit. [i] tunc enim priore obligatione expirante, [k] ex ſecunda introducitur petitio: [l] & tam iter quàm vſus, necnon quinque exigi poſſunt. B

In æſtimatione quæ venit iudicis officio, inſpicitur tempus moræ. Bartolus. C

LIX. IDEM *libro octuageſimooctauo Digeſtorum.*

QVotiens in diem vel ſub conditione oleum quis ſtipulatur: eius [m] æſtimationem eo tẽpore ſpectari oportet, quo dies obligationis venit. [n] tunc enim ab eo peti poteſt: [o] alioquin [p] aliàs rei captio [q] erit. [r]

LX VLPIANVS *libro vicenſimo ad Edictum.*

c *Vſusfructus*. ab eodẽ: ſecus ſi à fideiuſſore: vt infra de fideiuſ. l. ſi à reo. §. ſi reo. vbi valet ſecunda, quæ hic non valet. Accur.

d *Deinde*. & ideo inutilis eſt hæc ſtipulatio. & hoc per ſimila oſtendit. Accur.

e *Sed qui actum*. aduerſari videtur dictio, ſed, quaſi aliud ſit in ſuperioribus quàm in ſequẽtibus ſtipulationibus. nam impoſſibile eſt ꝙ iter ſit pars actus: ſed vſusfructus bene eſt pars fundi: ſed tamen idem eſt in vtroque caſu, ſecundum H. & ſic aduerſatur ad factum, nõ ad ius. vel dic aduerſatur ad primum caſum quando primo partem, poſtea totum: quia ibi valet ſecunda, niſi in ea parte [a] quæ venerat in prima. hæc autem quãdo primo totum: nihil valet. ſecunda cum totum venerat in prima. & ſemper intellige quo ad vtilitatem ſtipulantis; [b] vt not. ſupra eo. l. qui bis.

a] Imò etiã in ea ſecundum Iaſ.

b] Imò dic quòd etiam ipſo iure nõ valet ſecunda, ſecũdum Iaſ.

f *Nihil agit*. ſecus ecõtra ſi primo iter, poſtea actum: quia ſecunda valet: vt infra de noua. l. ſi pupillus. §. fi. Item hoc quo ad vtilitatem: diuerſæ tamen ſunt ſeruitutes: vt ſupra ſi ſerui. vindi. l. loci. §. j. Accurſius.

g *Deinde quinque*. de eiſdem decem.

h *Nihil agit*. quo ad vtilitatem. vere tamẽ tenetur ex vtraque. [c] & idem in ſuperiori de fundo: vt ſupra eo. l. qui bis. Accur.

c] Nihil eſt, ſecundũ Ia.

i *Expreſſerit*. non ergo fit nouatio ſi primo totum, poſtea partem ſtipulor: vt. ſ. eo. l. eũ qui. §. pen. & hic, &. j. de nouatio. l. ſi pupillus. §. fin. niſi expreſſe dicatur vt fiat: vt hic, & plene dixi in dicta. l. ſi pupillus. §. fin. quod hodie eſt generale: vt. C. de nouatio. l. fi. itẽ facit. ſ. de exceptio. rei iudica. l. ſi cum teſtamento. §. ij. & de vſufr. lega. ſi alij. in prin. & de vſu & habi. per ſeruum. §. j. D

k *Expirante*. id eſt deficiente.

l *Petitio*. diſtingue: quia fundi interpretatiue vſusfru. pars eſt. v. x. vere: vſus pars vſusfr. & iter pars actus, nec vere, nec interpretatiue. vnde primis caſibus fit nouatio ſecundũ has leges: in alio vel ſimilibus non, niſi agatur. Vel dic quòd non fit nouatio: vt ſtatim dixi. Accurſius.

Q*Votiens*.] CASVS. Promiſiſti mihi circa feſtum ſancti Michaëlis certam menſuram olei vel frumenti ſoluere in feſto Paſchæ. tu non ſoluis mihi termino promiſſo. volo à te exigere æſtimationem illius frumẽti. quæritur cuius temporis erit æſtimatio habenda? Reſpondetur quòd tanti æſtimabitur quantum valebat in feſto Paſchæ quando ſoluere tenebaris. ſi enim aliter fieret, promiſſor poſſet decipi ſcilicet ſi fieret æſtimatio vltra feſtum Paſchæ: quia tunc plus valet. Similiter pone caſum in. l. ſequenti, quãdo quis promittit aliquid ſoluere alio loco quàm in quo promiſſum eſt: quia fiet æſtimatio in id quantum valebat in loco vbi peti primùm poteſt. Franc.

ff. Nouum.

m *Eius*. ſcilicet olei. Accurſius.

n *Venit*. vt &. ſ. ſi cer. pet. l. vinũ. &. j. de verb. ſign. l. cedere. &. ſ. de tritica. l. ſi res. & de re iudi. l. ſi kalendis. & de act. empt. datio. §. fi. ſed ſupra man. l. ſi hominem. cõtra, vbi tempus quo agitur, [d] ſed ibi non erat dies appoſitus. item ſupra tit. j. cum quis. cõtra ſol. ibi acceperat fideiuſſorem poſt diem ſolutionis: vel ibi in fideiuſſore: hic in reo. vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd illa debet intelligi ſecundũ iſtam. Bart.

d] Dic quòd ibi petebatur æſtimatio iure actionis: hic officio iudicis. Ange.

IDem erit & ſi Capuæ certum olei pondo dari quis ſtipulatus ſit. nam eius temporis fit æſtimatio, cum [ſ] peti poteſt. peti autem poteſt, quo primùm in locum perueniri potuit.

Non valet ſtipulatio per quam aufertur libera teſtandi voluntas. Bartolus.

LXI. IVLIANVS *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

STipulatio † hoc modo concepta, *ſi heredem me non feceris, tãtum dare ſpondes?* inutilis eſt: quia contra bonos mores [t] eſt hęc ſtipulatio.

Seruus adquirit inuito domino. Bartolus.

LXII. IDEM *lib. ſecundo ex Minicio.*

SEruus vetãte domino ſi pecuniam ab alio ſtipulatus ſit: nihilo minus obligat domino promiſſorem. [u]

Stipulatio ſemel commiſſa iterum non committitur: & ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram eſſe veram, Bartolus.

LXIII. AFRICANVS *libro ſexto Quæſtionum.*

SI ita quis ſtipuletur, *ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius cõſul factus fuerit:* [x] vtra prius conditio extitiſſet, ſtipulatio cõmittetur: & amplius cõmitti non poteſt. [y] ſed enim cum ex duabus diſiunctiuis conditionibus altera defecerit: [z] neceſſe eſt vt ea quæ extiterit, ſtipulationem committat. [a]

Poteſt fieri ſtipulatio ſub cõditione: vt exiſtente cõditione retro à die interpoſitæ ſtipulationis annua pecunia debeatur. Bart.

o *Peti poteſt*. cum effectu.

p *Alioquin*. i. ſi aliud tempus inſpicitur.

q *Captio*. id eſt dãnum.

r *Erit*. i. eſſe poſſet.

ſ I*Dem erit. Cum*. aliàs quo. & fa. j. eo. interdũ. & l. continuus. §. cũ ita. & concordantiæ ſuperioris legis.

† Ad materiã hic traditã per Bart. videlicet an valeat donatio omnium bonorũ præſentiũ & futurorũ, addo glo. in c. 1. in prin. in verſi. quicũque. ibi, ſed an valeat &c. de ſublatio. Clem. literis. ĩ pragm. ſanc.

S*Tipulatio*.] CASVS. Titius ſtipulatus eſt à Mæuio, promittis mihi centũ ſi me nõ inſtituas heredem? an hæc ſtipulatio valeat? Dicitur ꝙ non: quia eſt contra bonos mores. Fran. Accurſius.

t *Contra bonos mores*. & ideo in pœna nõ teneris: vt. ſ. ti. j. l. nõ ſolum. &. ſ. ad. le. Fal. quod de bonis. §. j. &. C. de trãſact. l. cũ donationis: & ſ. e. l. generaliter. &. C. de pact. l. ſi. &. C. de inuti. ſtip. l. ex eo. &. j. eo. l. ſi homo. &. ſ. de pac. iuriſgẽtium. §. & generaliter. verſi. Marcellus. & ibi no. glo.

S*Eruus*.] CASVS. Habeo ſeruũ Stichum: cui dico: caue ne aliquã pecuniã ſtipuleris à Titio. nihilo minus non obſtante prohibitione mea ſeruus meus ſtipulatur à Titio. c. vtrum mihi Titius obligetur, quæritur? Reſpõ. quòd ſic. Fran. Accur.

u *Promiſſorem*. vt &. ſ. de acquir. re. do. l. etiam inuitis. &. ſ. de iure do. l. quemadmodum. ſed non retinet inuitus: vt. ſ. de dona. l. hoc iure. §. non poteſt. fa. ſ. de pecu. ſi quis ſeruum. §. etiam.

S*I ita quis*.] CASVS. Stipulor à te hoc modo: promittis mihi dare. c. ſi Titius conſul factus fuerit, aut Mæuius tribunus plebis? certe quiſquis iſtorum duorum factus fuerit aut cõſul aut tribunus: teneberis mihi. vſque, Sed enim ponamus quòd Titius mortuus ſit: & ſic non poterit conſul fieri: vtrum tenearis mihi ſi Mæuius fiat tribunus? Reſpon. quòd ſic: quia ex duabus diſiunctiuis ſufficit alteram eſſe veram: & ſi vna defecerit, altera exiſtens facit committi obligationem. Fran. Accur.

x *Fuerit*. ſupple, promittis mihi decem. Accur.

y *Non poteſt*. poſtquam ſemel commiſſa eſt. & eſt ſic. j. iudi. ſol. cũ quærebatur. &. ſ. de arbi. l. ſi duo. §. fi. niſi ſæpe fiat contra: vt. j. e. l. ſi ſic ſtipulatus. ij. pe. char. & arg. j. rem pupil. ſal. fo. non quaſi. §. ſi quis curator. &. j. rem ra. habe. l. ſi procurator. quæ ſunt contra. ſed ibi intereſt. Item ſecus ſi copulatiuè: vt infra eo. ſi quis ita ſtipulatus. & ſupra de condit. inſtitu. ſi heredi. & ſupra de heredi. inſtitu. l. Lucius. Accurſius.

z *Altera defecerit*. vt quia Titius mortuus eſt, qui vltrà cõſul eſſe non poteſt.

a *Committat*. id eſt faciat vt committatur. ſi vtraque ergo vel altera exiſtit, committitur: ſi nulla, non committitur.

H*Vinſmodi*.] CASVS. Titius ſtipulatur à me hoc modo: Si



UNED

imperator Romam venerit, tunc ex hac die in annos ſingulos. c. dare promittis? Reſpondeo, promitto. poſt duos annos imperator Romam venit. quæritur, nunquid Titius poterit à me petere pro duobus annis præteritis? Et reſpõdetur quòd ſic. Cætera ſunt plana. Franciſcus. Accurſius.

a *Ex hac die*. præſenti.
b *Huius temporis*. medij.
c *Quoque*. non ſolũ futurorum. Accur.
d *Qui ante impletam*. ſed poſt ſtipulationẽ interpoſitam.
e *In id tempus*. conſulatus. Accurſius.
f *Collata*. id eſt dilata.
g *Præſtentur*. vt. j. eo. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. & facit. C. de teſta. l. præpoſteri. M. & inſtit. de inuti. ſtipu. §. item ſi quis. Sed contra. s. de vſur. l. cum quidam. Solu. vt ibi. Et ideo non valet ſtipulatio præteriti temporis: quia curſus vſurarũ eſt odioſus. hic autem valet: quia actus ſtipulatoris nõ eſt odioſus. quod non placet: vt. s. ſi cer. peta. l. lecta. in fi. Dic ergo quòd ſi illę minores & nunc maiores ſoluerent, excederetur modus legitimarum vſurarum: vnde ne qua fraus fiat, inhibetur ibi: quæ ratio hic ceſſat.

Vſurarum curſus odioſus eſt. †Tũc de iſta dictiõe a ido ad Bar. hic gl. in. c. i §. nẽ quod ad dictas. in verbo, tunc. de colla. in pragma.

LXIIII. IDEM *libro ſeptimo Quæſtionum*.

Hviuſmodi ſtipulatio interpoſita eſt: *ſi Titius cõſul factus fuerit, tum ex hac die* [a] *in annos, ſingulos dena dari ſpondes*? poſt triennium conditio extitit. an huius temporis [b] nomine agi poſſit, non immeritò dubitabitur. Reſpondit eam ſtipulationem vtilem eſſe, ita vt in ea eorum quoque [c] annorum qui ante impletam [d] conditionem interceſſerint, præſtatio in id tempus [e] collata [f] intellegatur: vt ſententia eius ſit talis: tunc † cum Titius conſul factus fuerit, in annos ſingulos, etiam præteriti temporis habita ratione, dena præſtentur. [g]

Verba ſuperuacua, item diſſonantia in mente ſtipulationem nõ vitiant. Bartolus.

LXV. FLORENTINVS *libro octauo inſtitutionum*.

Qvæ extrinſecus, & nihil ad præſentem actum pertinentia adieceris ſtipulationi, pro ſuperuacuis [h] habebuntur, nec vitiabunt obligationem: veluti ſi dicas, *Arma virúmque cano ſpondeo*: [i] nihilo minus valet. [k] Sed & ſi in rei quæ promittitur, aut perſonæ appellatione [l] varietur, [m] non obeſſe placet. [n] nam ſtipulanti denarios, [o] eiuſdẽ quãtitatis aureos ſpondẽdo obligaberis. & ſeruo ſtipulanti Lucio domino ſuo: ſi Titio, qui idẽ ſit, [p] daturum te ſpõdeas, obligaberis.

Qvæ extrinſecus.] CASVS. Verba ſuperflua nihil ad rẽ pertinẽtia nõ vitiant obligationem. exemplũ eſt in textu. [SED ET SI.] Erat coram nobis quidam ſeruus meus qui vocabatur Stichus. tu credens eum vocari Pãphilũ, dixiſti mihi: promittis mihi hũc ſeruum tuum Pamphilum? reſpondi, promitto. quæritur, cum erraueris in nomine ſerui, & de corpore conſtet: an teneat obligatio? dicitur quòd ſic. textus ponit aliud exemplum quod glo. pen. bene declarat. Item idem eſt ſi aliquis ſeruus ſtipuletur domino ſuo qui vocatur Lucius: tu reſpondeas te velle dare illi domino Titio: qui idem eſt: valet ſtipulatio. Fran.

h *Pro ſuperuacuis*. vt. C. de teſta. l. teſtamentum. &. j. de regu. iur. l. non ſolent. &. j. de noua. l. fi.
i *Spondeo*. hoc ſi incontinenti, ſecundum Io.
k *Valet*. ſcilicet ſtipulatio.
l *Appellatione*. veluti ſi ſic dicam: hunc equum in præſentia conſtitutum promittis? & ſic bos. [a] vel ita, promittis mihi Titium hominem iſtum? & appellatur Stichus. licet ſit in appellatione [b] variatum: ſi tamen de re cõſtat, valet ſtipulatio. vel verius ſtatim ponit exemplum de vtroque.
m *Varietur*. intellectu autem conſonetur.
n *Placet*. cum de corpore conſtat.
o *Denarios*. in quibus ſit æs & aurum, vel argentum tantum. nam poteſt eſſe ꝙ erant denarij tantum aurei qui frequentabantur in regione illa, & ipſe promiſit alios denarios aureos eiuſdem quantitatis: & ſic duobus modis legitur: vt ſupra de au. & ar. leg. l. j. in fi. Accurſius.
p *Idem ſit*. id eſt qui Lucius vocatur. Accurſius.

a] Iſta gl. eſt no. ad hoc, quòd licet error in nomine appellatiuo vitiet diſpoſitionẽ tamen hoc nõ habet locum quãdo res in qua er erratur, demonſtratur ad oculum Bol.
b] Iſta gl. eſt ſing. ſ. cõ dũ Ange. Cu. A. e. & Ia.

Sɪ minor.] CASVS. Titius debebat Mæuio minori viginti annis Stichum ſeruum. iſte Mæuius ſtipulatur à Titio quòd manumittat ſeruum Stichum. quæritur, an valeat ſtipulatio? Reſpon. quòd non. Si vero Mæuius eſſet viginti annorum, valet ſtipulatio talis: quia lex quæ prohibet manumittere, loquitur de minore viginti annis, non de maiore. Fran. Accur.

A

q *A debitore*. qui ſeruum debebat.
r *Non eſt executio*. quod enim ipſe facere non poteſt, nec ab alio ſtipulari fieri poteſt. nam nec venditio eo pacto ab eo facta valet: vt s. de ſer. expor. l. ſi minor. Accur.
ſ *Viginti annorum*. aliàs eſt maior: & aliàs non: vt quia tetigit vltimam diem viceſimi anni: vt ſupra de manumiſ. l. j. Accurſius.
t *Lex*. prohibens minorem viginti ann. manumittere: non autẽ de maiore.

Quod ego per me non poſſum: neq; ab alio ſtipulari fieri poſſum de re ad me pertinente. Barto.

LXVI. PAVLVS *libro tertio ad legem Aeliam Sentiam*.

Sɪ minor viginti annis à debitore [q] ſuo ſtipuletur ſeruum mãnumiſſurum, non eſt executio [r] ſtipulationis dãda. Sed ſi ipſorum viginti annorum [ſ] erit, non impedietur manumiſſio: quia de minore lex [t] loquitur.

Stipulatio prætoria nõ vitiatur, licet non contineat factum promiſſoris. Pau.

B

LXVII. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum*.

Illa ſtipulatio, *Decem milia ſalua fore* [u] *promittis*? valet.

Impersonalitas circa verbũ executorium obligationis, ſtipulationem non vitiat. Barto.

Eum qui decem dari [x] ſibi curari ſtipulatus ſit, non poſſe [y] decem petere: quoniã poſſit promiſſor reum locupletem dando liberari, Labeo ait. Idque & Celſus libro ſexto Digeſtorum refert.

Illa ſtipulatio. Principium huius. l. eſt planum. [EVM QVI.] Stipulatus ſum à te hoc modo: Promittis te curaturũ quòd mihi decẽ dentur? reſpondes, promitto. Quæro, vtrum à te decẽ petere poſſim? Reſpon. quòd nõ: quia potes liberari dãdo debitorẽ locupletem. Frã. Accurſius.

u *Fore*. contra videbatur: quia non continet [c] expreſſe factum promittentis: vt & in illa, furem non eſſe. & dic ſiue tutor eſt qui à cõtutore ſtipulatur, ſiue ipſe minor: vt inſtitut. de inuti. ſtipula. §. alteri.

c] Immo cõtinet, ſecundum Bart. Immo. P. & Alex.

x *Dari*. id eſt promittis te curaturum quòd Titius dabit. ſiue enim ſit ibi curari, bene eſt: ſiue non, intelligitur: vt ſupra ſi cer. peta. l. fin. §. fina. & facit. j. eo. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. poſſum. Accur.
y *Non poſſe*. s. de leg. j. l. ſi heres iuſſus. contra. Solu. aliud eſt iubere facere, aliud iubere curare vt fiat. ſic & aliud eſt promittere facere: aliud promittere curare vt fiat.

Obligatio dandi, quando mea non totaliter intereſt, ad intereſſe committitur. Bart.

C

LXVIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Edictum*.

Sɪ pœnam [z] ſtipulatus fuero ſi mihi pecuniam non credidiſſes: certa eſt & vtilis [a] ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero, *Pecuniã te mihi crediturũ ſpõdes*? [b] incerta [c] eſt ſtipulatio: quia id venit [d] in ſtipulationẽ, quod mea intereſt. [e]

Sɪ pœnam.] CASVS. Volebam proficiſci ad nundinas. dixi Titio: veni mecum ad nundinas. Reſpondit, non poſſum: quia non habeo pecuniam ad quicquam comparandum. Ego dixi ei: promitto tibi concedere certam ſummam vt poſſis mercari in nundinis, ſub pœna cẽtum aureorum. certe talis ſtipulatio valet, & eſt certa propter pœnam adiectam. Si vero promiſi ei ſimpliciter credere pecuniam, non adiecta pœna, ſtipulatio illa valet: ſed eſt incerta, quia ad intereſſe tenebor Titio ſi non mutuauero ei quod promiſi. Franc. Accur.

D

z *Si pœnam*. puta centum. Accur.
a *Et vtilis*. quia pœna certa ibi appoſita eſt. Accur.
b *Spondes*. nec pœnam fui ſtipulatus.
c *Incerta eſt*. quia continet [d] factum, id eſt traditionem: non vt det ſcilicet dominium: vnde aliena pecunia cõceſſa liberatur qui promiſit ſe crediturum. ſecus ſi ſe daturum vel mutuaturũ ſpondet: vt. j. eo. l. vbi. in fin. &. s. ſi certum pet. l. j. ad quod factum agitur actione ex ſtipulatu: ſed ad intereſſe condict. cer. vt not. ſupra ſi cer. peta. l. certi condictio. in prin. Accur.

d] Reprobãtur per Bar. & alios, dẽpto Ia.

d *Quia id venit*. ſic apparet intereſſe incertum, & ſic actione ex ſtipulatu peti. ſed in primo reſponſo agitur cõdictione certi: ſed dic incertum inſpecto principio, vt modo dixi. Accur.
e *Intereſt*. ſi ergo non intereſt, non poteſt agi: vt. j. eo. l. ſi quis ſtipulatus. §. fin. Sed quid poteſt intereſſe, cũ ſtatim poteſt repetere? Reſpon. tenebatur ſub pœna alij. & facit. s. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fin. Accurſius.

*Si homo.*

Pœna adiecta præcedēti diſpoſitioni impoſſibili, non poteſt cōmitti. Bar.

LXIX. VLPIANVS *libro ſeptimo* * *ad Edictum.*

SI homo [a] mortuus [b] ſiſti non poteſt, nec pœna rei [c] impoſſibilis cōmittetur: queadmodum [d] ſi quis Stichum mortuum dari ſibi ſtipulatus, † ſi datus non eſſet, pœnam ſtipuletur. [e]

Infans ſtipulari non poteſt. Bar.

LXX. IDEM *libro vndecimo ad Edictum.*

MVlier quæ [f] dotem dederat populari meo Glabrioni Iſidoro, [g] fecerat eum [h] promittere dotem, ſi in matrimonio deceſſiſſet, [i] infanti: & deceſſerat [k] cōſtante matrimonio. Placebat ex ſtipulatu actionem non eſſe: quoniam qui fari non poterat, ſtipulari non poterat. [l]

Hic ponitur forma contractus qualiter pœna debeat apponi facto vel non facto. & hoc ſit pro ſummario. Bar.

LXXI. IDEM *libro tertiodecimo ad Edictum.*

CVm quid [m] vt fiat, ſtipulemur pœnam, ſic rectè concipiemus: *ſi ita factum non erit.* [n] cum quid ne fiat, [o] ſic: *ſi aduerſus id factum ſit.*

Stipulationes ſeruitutum nullatenus diuiduntur: ſtipulatio factorum partis præſtatione nō impletur: ſed poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod diuiditur, & in petitionem deducitur.

LXXII. IDEM *libro viceſimo ad Edictū.*

STipulationes non diuiduntur earum rerum quæ di-
B uiſionem non recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarúmque ſeruitutum. [p] Idem puto & ſi quis faciendum aliquid ſtipulatus ſit: vtputa fundum tradi, vel foſſam fodi, * vel inſulam fabricari, vel operas, [q] vel quid his ſimile. horum enim [r] diuiſio corrumpit ſtipulationem. Celſus tamen libro trigeſimooctauo Digeſtorum refert Tuberonem exiſtimaſſe, vbi quid fieri ſtipulemur: ſi non fuerit factum, [ſ] pecuniam dari oportere: [t] ideóque etiam in hoc genere diuidi ſtipulationem. ſecundum quem Celſus ait poſſe
C dici [u] iuxta [x] æſtimationem facti [y]

* Flo. alias ſexto.

† Flo. dare ſtipulatus.

* Flo. fodiri.

SI homo.] CASVS. Stipulatus ſum à Titio quòd ſiſteret in iudicio hominem qui tamen iam mortuus erat: & ſi non ſiſteret, feci eum promittere pœnam. x. aureorum. dicitur hic ꝙ quia impoſſibile eſt hominem mortuū ſiſti, ideo pœna rei impoſſibilis peti nō poteſt. & ponit ſimile: ſicut ſi quis ſit ſtipulatus hominem mortuum: & ſi nō dederit, promiſſor promiſit pœnam. nam non valet tota ſtipulatio. Fran. Accur.

a *Si homo.* ſi, id eſt quia, vel proprie. Acc.

b *Mortuus.* tēpore promiſſionis. Sed quid ſi tunc non deceſſit, ſed poſt? Videtur diſtingui an in iudicio promiſiſti eum ſiſti: & tunc liberatur promiſſor: argu. s̃. ſi quis cau. l. ij. in princi. an in contractu. & tunc non: licet ante moram decedat. ſed verius eſt vt hic etiam nō committatur, ſecundū Io. Accur.

c *Nec pœna rei.* id eſt promiſſionis impoſſibilis. & facit. s̃. qui ſatiſda. cogan. ſi deceſſerit. & ſi quis cau. l. ſi eū. §. j. & j̃. de reg. iur. l. impoſſibilium. & s̃. eod. l. impoſſibilis. & j̃. quæ ſen. ſi. ap. l. pen. & fin. & s̃. titu. j. l. j. §. ſi id quod. Item eſt contra. s̃. eo. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Sed hic ideo non confirmat adiectione pœnæ, quia impoſſibilis: ibi nihil impoſſibile vel turpe inuenitur.

d *Quemadmodum.* de faciendo ad dandum facit comparationē.

e *Stipuletur.* hic enim & pœna non committitur: cum ſtipulatio ſit impoſſibilis, niſi iam erat in mora: vt. j̃. eo. l. inter ſtipulantē. §. pen. Accur.

MVlier.] CASVS. Berta volens nubere cuidam Iſidoro, ſtipulata eſt hoc modo: Si in matrimonio deceſſero: Iſidore promittis dare dotem infanti: quem forte ex alio viro habebat mulier. Iſidorus promiſit. moritur vxor iſta. quæritur vtrum iſti infanti competat actio ex ſtipulatu? Reſpon. quòd nō: quia puer non poteſt ſtipulari: ergo nec poteſt ei competere actio ex ſtipulatu. Fran. Accur.

f *Mulier quæ.* nubebat. Vel dic, alia quæ dabat pro ea. Ac.

g *Iſidoro.* trinomius erat hic vir. Accur.

h *Eum.* maritum.

i *Deceßiſſet.* mulier quæ nubebat.

k *Deceſſerat.* vxor prædicta.

l *Non poterat.* niſi ſtipuletur rem ſaluam fore: vt. j̃. rē pup. ſal. fore. l. ſeruū. quocūque modo poſſit balbutire. [a] remanet ergo mulieri ſua actio: vt. s̃. ſi cer. peta. l. certi. §. quoniam. & facit inſtitut. de inuti. ſtipula. §. pupillus. verſi. ſed quod diximus &c. & s̃. l. j. in prin. & j̃. de regu. iur. l. in negotiis. Accur.

a] Ange. hic dicit iſtā gl. ſing. ad hoc & non eſſe alibi, quod licet aliàs infans poſſit ſtipulari in caſu illo valde ſing. l. ſeruum j̃. rē pu. ſal. fo. tamen ſaltem balbutire debet vt ſtipulari poſſit. Bolog.

CVm quid.] CASVS. Iſta lex docet conceptiones ſtipulationū in vtramque partem, ſcilicet cum aliquid fieri volumus, & cum aliquid fieri nō volumus. Cum ergo aliquid fieri volumus, debemus ita ſtipulari: Promittis mihi ire Romam: & ſi non feceris. c? cum vero aliquid fieri non volumus, debemus ita ſtipulari: promittis mihi quòd non prohibebis me ire agere: & ſi aduerſus ea feceris, centum promittis? Fran.

m *Cum quid.* quid ſi vtrumque? dic vt inſtitu. eo. §. fina. & facit. j̃. eo. l. continuus. §. fi. Accur.

n *Non erit.* promittis pœnam. Accur.

o *Fiat.* ſcilicet ſtipulemur.

STipulationes.] CASVS. Vide gloſſ. quæ bene declarat vſque ad. §. ſi quis ita. [SI QVIS.] Locaueram tibi opus aliquod faciendum pretio mille aureorum: quod quidem opus debebas perficere circa feſtum ſancti Ioannis. Ego videns tempus perficiendi ædificij appropinquare, & te eſſe negligentem: ſuſpicatus ſum ꝙ nō perficeres opus iſtud. veni ad te, & dixi tibi, amice cha-
A riſſime: tu nullā diligentiam facis pro opere quod mihi promiſiſti facere. tempus appropinquat: timeo ꝙ nō poteris ſeruare promiſſa. Tu mihi quaſi indignabundus reſpondes. Quid in me diſplicuit amicitiæ tuæ? nunquid ſemper me fidelem reperiſti? ſcio quàm graue ſit fidem fallere. mallem perdere mille aureos, quàm non ſeruare quod promiſi. Ego vero tibi reſpondeo: promitte ergo mihi ſub tanto quātum valet ædificium, ſi non perfeceris circa feſtum ſancti Ioannis. tu dicis: promitto. Nūc quæritur hic quando dies iſtius ſtipulationis cedit? Reſpon. ꝙ tranſacto feſto ſancti Ioannis: quia ante conueniri non poteras. Sed ponamus: domus mea minabatur ruinam. ſtipulatus ſum à te vt eam fulcires, aut ſtipulatus ſum vt domum mihi de nouo ædificares. quęro an non poſſim agere niſi domus ruat? Et reſpond. quòd non eſt expectādum quòd domus ruat: nec quòd tātum tēporis prætereat, quanto tempore inſula fieri poſſet: ſed ſufficit quòd fiat mora: ita vt certum ſit quòd non poteris ædificare tempore promiſſo: quia tūc potero agere quando cœperit mora fieri. Franciſcus.

p *Seruitutum.* præter vſumfru. [b] qui recipit diuiſionem: vt. s̃. ad leg. Falc. l. ſi vſusfruct. & l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. ſed inter heredes promiſſoris non recipit diuiſionem, ſecundū quoſdam, [c] ſicut nec aliæ ſeruitutes. Qualiter autem ſtipulatio viæ, aut itineris, vel conſimilium non diuidatur, palam eſt: quia ſi vnꝰ dominorum fundi communis ſtipuletur viam ipſi fundo, non valet [d] ſtipulatio: vel promittat alij fundo. [e] ſed & ſi quis ſtipuletur viam fundo ſuo, & poſtea partem eius alienet: huiuſmodi diuiſio corrumpit ſtipulationem: vt. s̃. de ſeruitut. l. pro parte. Item mortuo promiſſore vel ſtipulatore, ſolida à quolibet via petitur: vt. s̃. e. l. ij. & de ſer. l. vię. ſed hoc nō eſt facile aſſignare in aliis ſtipulationibus quæ hic ſubiiciuntur: vt in indiuiduis: vt ſi quis faciendum aliquid ſtipuletur, puta domū ædificari: idem dices tamen: vt ſi vnus dominorum fundi communis ſtipuletur in loco communi domum ædificari, inanis ſit ſtipulatio: & ſi dominꝰ loci ſcilicet totius ſtipuletur ibi domum ædificari, & poſtea partē alienet: diuiſio corrumpit ſtipulationem: licet his duobus videa-
D tur argumen. contra. j̃. eod. l. continuus. in fin. l. vel ſtipulatio huiuſmodi non diuiditur: quia ante perfectum opus non poteſt dici promiſſor in aliqua parte multiplicatiua, id eſt quota ad ſimilitudinem dupli tripli: ꝙ ſic multiplicatur liberatus: vtputa tertia vel quarta. hoc in facto indiuiduo: ſecus in diuiduo, vel in dādo: vt. s̃. eo. l. iiij. §. Cato. Vel dic quòd non diuiditur inter promiſſoris heredes, ſed inter heredes ſtipulatoris. Quod in facto cōſiſtit, recipit diuiſionem: ſicut diximus in vſufru. & dicitur. s̃. e. l. ij. & l. eadem. §. Cato. & l. in ſtipulationibus. Accur.

b] Iſta ſolu. eſt vera in ſe ſecundum Bar. P. Alex. & Ia.

c] Diſplicet prædic.

d] Diſplicet P. Imo. Ale. & Ia.

e] Diſplicet etiā Cuma. P. Ale & Iaſ.

q *Vel operas.* s̃. e. l. in ſtipulationibus. §. operarū. cōtra. Sol. vt ibi. & facit. j̃. de ver. ſigni. l. v. §. opere. & l. ædificia. §. perfeciſſe.

r *Horū enim.* i. ſi aliquid ex prædictis pro parte ſtipuler, vel inter heredes meos: diuiditur ſi pro parte petere velint. Ac.

ſ *Si non fuerit factum.* quod in ſtipulatione conuenerat.

t *Dari oportere.* id eſt intereſſe. nam ex omni ſtipulatione facti tacite intereſſe [f] ſtipulari videor niſi fiat: vt. s̃. de re iudi. ſi quis ab. §. fi. ſecundum. Azo. & hic in fi. huius. §.

u *Dici.* in ſuperiori caſu de fouea, vel inſula. Accur.

x *Iuxta æſtimationem.* id eſt æſtimato facto. Accur.

y *Facti.* ſcilicet noui operis.

f] Scribentes hic, pcipue Bal dicunt iſtā gl. ſing. ad hoc quòd intereſſe venit tacite pſtandum in omni obligatione factorū, ſicut ſi fuiſſet expreſſe deductū inter cōtrahētes. idē voluit gl. & ibi Bart. in l. 1. s̃. de act. empt. Bolo.



UNED

dandam eſſe petitionem.[a]

Pœnalis ſtipulatio adiecta obligationi factæ cũ adiectione diei, demum committitur adueniente die: aliàs cum cœperit eſſe in mora inchoandi, ad particulare intereſſe committitur. Bar.

Si quis ita ſtipulatus ſit: *Si ante Kalendas Martias primas opus*[b] *perfectum non erit: tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?* diem[c] promiſſionis[d] cedere[e] non ex B quo locatum eſt opus,[f] ſed poſt Kalendas Martias: quia nec conueniri ante kalendas[g] Martias reus promittendi poterat. Planè ſi *inſulam fulciri* quis ſtipulatus ſit:[h] non eſt expectandum vt inſula ruat, [vt] ſic denique * agi poſſit: nec *inſulam fieri*,[i] vt tãtum temporis prætereat, quanto inſula fabricari poſſit,[k] ſed vbi iam cœperit[l] mora faciendæ inſulæ fieri,[m] tunc agetur, diéſque obligationis cedit.

Stipulatio pura ſecundum verba quandoque ex natura rei recipit dilationem. Bar.

LXXIII. Pavlvs *libro viceſimoquarto ad Edictum.*

INterdum pura[n] ſtipulatio ex re[o] ipſa dilationem capit: veluti ſi id quod in vtero[p] ſit, aut fructus[q] futuros, aut domũ ædificari[r] ſtipulatꝰ ſit. tũc enim incipit[s] actio, cũ ea per rerũ naturã pręſtari poteſt.[t] Sic qui Carthagini dari ſtipulatur, cũ Romæ ſit: tacitè tẽpus cõplecti videtur,[u] quo perueniri Carthaginẽ poteſt. Itẽ ſi operas[x] à liberto quis ſtipulatus ſit: nõ ante dies earũ cedit, q̃ indictæ fuerint, nec ſint præſtitæ. Si ſeruus hereditarius ſtipulatus ſit, nullam[y] vim habitura eſt ſtipulatio, B niſi adita hereditas ſit. quaſi cõditionem[z] habeat. Idem eſt & in ſeruo eius qui apud hoſtes eſt.

Licitum eſt moram purgare. B.

Stichi promiſſor poſt morã[a] offerẽdo, purgat moram.[b] Certe[c] enim doli mali exceptio nocebit ei[d] qui pecuniã oblatam accipere noluit.[e]

Quãdo in obligatione venit qđ nõ eſt variabile ex natura rei, vel ꝓmiſſoris volũtate: ſtipulatio cõtinet certum, aliàs incertum. Bar.

LXXIIII. Gaivs *libro octauo ad Edictum Prouinciale.*

STipulationum quædam certę ſunt, quædam incertæ. Cer- C tum eſt, quod ex ipſa pronuntiatione[f] apparet[g] quid, quale,[h] quantúmque[i] ſit: vt ecce aurei[k] decem, fundus Tuſculanus, homo Stichꝰ, tritici Africi optimi[l]

a *Petitionem.* ſcilicet pro parte in omnibus obligationibus faciẽdi: vt. d. l. ſi quis ab. §. fi. Accur.

b *Opus.* quod ei locauerat: vt. j. patet. non tamen eſt in ſtipulatione opus fieri.

c *Diem.* nunc reſpondet.

d *Promiſſionis.* quanti id opus eſt.

e *Cedere.* cum effectu: vt. s. eod. l. eum qui kalendis. vel dic nullo modo. tota enim obligatio in diem, & ſub conditione eſt: vt. s. e. l. in illa.

f *Locatum eſt opus.* & ſtipulatio facta. Accur.

g *Ante Kalendas.* ſcilicet finitas: quia ita accipiebaꝛ inter eos ante kalendas: vt. s. eo. eum qui. §. qui ita ſtipulatur, ante kalendas. ſecundum vnam expoſitionem. Et not. quòd talis eſt ratio. ideo non cedit dies, quia conueniri nõ poteſt. ſed melior eſſet econtra. Vel dic quòd hic promiſſum fuit opus fieri ante kalendas: & ſic ante kalẽdas agi nõ poteſt, neque ergo & tũc quãdo opus fieri non eſt in ſtipulatione, vt. s.

* Fl. deinde.

h *Stipulatus ſit.* nõ ſtatuto tempore.

i *Inſulam fieri.* ſcilicet ſtipulatꝰ ſit aliquis &c. & ſubaudi, non eſt expectandum &c.

k *Poſſit.* s. eo. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. contra. Solu. ibi domũ fieri vel fulciri: quod ſine pœna ſtipulatꝰ eſt, hic cum pœna. & poteſt hoc intelligi ex ſuperiori litera huius. §. ad quod eſt. j. eo. cũ ſtipulatus ſim mihi à Proculo. vel dic, hic agi non ad id quod intereſt domum nõ eſſe factam: ſed ad id quod intereſt non eſſe inceptã, ſecundũ Io. arg. j. eo. l. cõtinuus. §. itẽ qui. vel expone quod ibi dicit, ædificari poſſit, id eſt inchoari ad ædificãdum. vel ibi ante tempus non fuit in mora: hic ſic. vel vtrobique ſit pœna: ſed hic ad factũ ſtatim poſt moram: ibi ad pœnam agitur demum die præterita. Itẽ quod dixi fulciri in ſuperiori proxi. reſpõ. non aperit quando cõmittatur: & ideo dic cõmitti quando tantũ tempꝰ præteriit, quo fieri potuerit: vt. j. l. exiſtimo. §. ex hac. quæ eſt cõtra. vel ſi velis hic dicere idem eſſe in fulciri, quod in inſulam fieri: ſolue quòd hic fuit appoſitum tempus: ibi non: quod non placet. vel hic pœna: ibi non. vel dic agi hic ad id quod intereſt do- D mum non eſſe inchoatam fulciri, ſecundum Io. vel ibi ante tempus quo fieri potuit, non fuit in mora: hic ſic. Accur.

l *Cœperit.* ſecundũ quoſdã hic non poteſt mora purgari: ſed falſum videtur: vt. j. e. l. cõtinuus. §. item qui inſulam. & l. ſi inſulã.

m *Fieri.* vt iam certum ſit fieri ante diem nõ poſſe, quod poſt interpellationem maxime intelligitur. Azo. & ſecundum hoc dies fuit appoſitus. vel dic quòd nõ fuit. Et quando dicatur fieri mora, dic vt. j. eo. l. continuus. §. item qui inſulam. Accur.

INterdum.] Casvs. Certum & indubitatum eſt: quotiẽs quid aliquis pure promittit quod poſſibile eſt præſtari, ſtatim debetur. Sed ponamus: Titius promittit mihi fructus fundi cuiuſdam: vel promittit mihi fœtum aliquem qui adhuc eſt in vtero. certe in hac ſtipulatione ineſt dilatio tacite. ſ. donec fructus naſcantur: vel id quod in vtero eſt, producatur. & ponit de hoc duo exempla quæ ſunt clara. [Si servvs.] Titius defunctus reliquit heredem. erat autem in hereditate Titij ſeruus quidam Stichus: qui antequam adiretur hereditas, ſtipulatus eſt à Mæuio. c. dari heredi futuro Titij. Iſta ſtipulatio non valet niſi adita fuerit hereditas: quia tunc ſumit vires. idem eſt ſi ſeruus ſtipuletur domino qui eſt apud hoſtes. nam ſi reuertatur dominꝰ, valet ſtipulatio: ſi nõ reuertatur, non valet. [Stichi promissor.] A Promiſi tibi Stichũ certo die ſoluere. poſt diẽ lapſum ſi non ſoluo, ſum in mora. ꝙ ſi tunc decederet Stichus, nõ liberarer interitu ſpeciei. poſt morã cõmiſſam venio ad te, & offero tibi Stichũ: tu nõ vis accipere. certe ego per oblationẽ iſtam purgaui morã: & ſic nõ tenebor ſi ſeruus decedat. & ponit ſimile: quia ille qui non vult accipere pecuniã oblatam, cenſetur eſſe in dolo. Fran. Accur.

n *Interdum pura.* quo ad verba tantum: vt. s. de condit. & demon. l. j. in fin. ſic ecõtra conditionalis ꝓ pura: vt. j. de noua. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione.

o *Ex re.* non ex die, vel ſub conditione. Ac.

p *In vtero.* Arethuſæ.

q *Aut fructus.* fundi Semproniani.

r *Aedificari.* certo loco. aliàs non valeret: vt s. de eo quod cert. lo. l. non vtique. §. ſi quis. in fi. Accur.

s *Incipit.* cum effectu ſcilicet.

t *Præſtari poteſt.* vel per eum factũ eſt quo minus poſſit.

u *Complecti videtur.* arbitrio iudicis ſtatuendum: vt. j. eo. continuꝰ. §. cum ita. ad hoc. j. eo. inter ſtip. §. ſacrã. verſic. pro quo & illud. & inſti. de act. §. loco. Acc.

x *Item ſi operas.* ſcilicet incertas. aliud[a] ſi certas, vt artificiales: vt ſupra de oper. liber. l. hæ operæ. in fin. & l. quotiens. & l. cum patronus.

a] Immo idẽ de certis & incertis Bar. & P.

y *Nullam.* diſtinguendum eſt vbi ſeruus hereditarius ſtipuletur iacente hereditate. nam ſi ipſi hereditati: ſtatim quæritur. & ſi heredi futuro proprio nomine adiecto: nihil cuiquam. ſi vero non adiecto. tunc ſi fuerit adita, acquirit: aliàs non: vt. j. de ſtipu. ſer. l. ſeruus hereditarius futuro. & l. ſeruus hereditarius. ſimiliter vbi ſeruus ſtipulatur nominatim domino capto ab hoſtibus. ſi enim reuertitur acquirit: ſi nõ, minime. nam fingitur prima hora captiuitatis mortuus, ſi apud hoſtes decedat: vt. j. de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruꝰ communis. ij. §. ſeruus capto. Accur.

z *Quaſi conditionem.* id eſt ſi adeatur hereditas.

a *Moram.* in cuius commiſſione multa ſunt neceſſaria: vt not. s. de vſu. l. mora. & facit. s. de peri. & cõmo. rei ven. l. illud.

b *Moram.* niſi lis[b] conteſt. ſit: vt. j. eo. l. ſi inſulam. vel actoris interſit: vt. j. e. l. ſi ita quis. ij. §. Seia. & niſi eſſet pœna appoſita. nam tunc non purgatur: vt. s. titu. j. l. traiectitiæ. niſi circa iudicia: vt. s. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. & arbitria: vt. s. de arbitris. l. ſi cũ dies. in fin. & facit. s. de conſtitu. pecu. l. ſed & ſi alia. & infra de ſolu. l. ſi debitor. & s. de migrando. l. j. in prin. & j. e. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Accur.

b] Diſplicet Bar. Pau. Ale. & Ia. ideo dic quòd ibi quando aliud petitur & aliud offertur: hic quãdo quod petitur offertur realiter: quo caſu poteſt moram purgare, & lit. cõteſt. ſecũdum prædict. ſcribẽ.

c *Certe.* de ſpecie ad quantitatem tranſit.

d *Nocebit ei.* petenti poſtea. Accur.

e *Noluit.* ſine iuſta cauſa. Azo. ſi poſtea eſt amiſſa: vt. j. de ſolu. l. qui decem. in prin. & facit. s. de excep. do. l. ſi opera. Accur.

f STipulationum. *Pronuntiatione.* intendentis, id eſt ſtipulantis aliquid dari ſibi.

g *Apparet.* coram iudice.

h *Quale.* id eſt ſi ſpecies ſit, vel etiam quantitas: vt optimum: vt j. l. proxi. dices. Accur.

i *Quantumque.* quando quantitas.

k *Aurei.* quid. decem, quantum. fundus, quid. Tuſculanus, quale. homo, quid. Stichus, quale. ſecus autem ſi homo in genere: vt infra. l. proxi. in prin.

l *Tritici Africi optimi.* quale. modij centum, quantum. vini, quid

quid.Campani,quale.amphoræ cētum,quantum.hæc enim omnia ſunt certa.& facit.ſ.ſi cer.peta.l.certum.& pro certis certi cōdi.pro incertis ex ſtipulatu agitur:vt inſti.eo.in prin.Accurſius.

modij cētum,vini Campani optimi amphoræ centum.

LXXV. VLPIANVS *libro viceſimoſecundo ad Edictum.*

VBi autem non apparet quid, quale, quātúmque eſt in ſtipulatione: incertam [a] eſſe ſtipulationem dicendum eſt. Ergo ſi qui fundum ſine propria appellatione, [b] vel hominem generaliter ſine proprio nomine, aut vinum frumentúmve ſine qualitate [c] dari ſibi ſtipulatur, [d] incertum [e] deducit in obligationem: vſqueadeo, [f] vt ſi quis ita ſtipulatus ſit, *Tritici Africi boni modios centum, Vini Campani boni amphoras centum?* incertum videatur ſtipulari: quia bono melius inueniri poteſt. † quo [g] fit vt boni appellatio [h] non ſit certæ rei ſignificatiua: cum id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit. At cum optimum quiſque ſtipulatur, id ſtipulari intellegitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. quæ res efficit vt ea appellatio [i] certi ſignificatiua ſit.

Vſusfructus eſt incertus propter varietatem pecuniæ ad quam quis tenetur. Item in vino meliori poteſt ſolutio variari ex voluntate: ſed quando non poteſt variari, tunc eſt certum. Bart.

Fundi certi ſi quis vſumfructum ſtipulatus fuerit: incertum intellegitur in obligationem deduxiſſe. [k] hoc enim magis iure vtimur.

Sufficit rem eſſe certam etiam per relationem ad alium. Pau. de Caſtro.

Illud dubitationem recipit, ſi quis id quod ex Arethuſa ancilla natum erit, aut fructus qui in fundo Tuſculano nati erunt, dari ſibi ſtipulatus ſit: an certum ſtipulatus videatur. Sed ipſa natura manifeſtiſſimum eſt, incerti eſſe hanc ſtipulationem. Sed qui vinum, aut oleum, vel triticū quod in horreo eſt, ſtipulatur: certum ſtipulari intellegitur. [l] Qui verò à Titio ita ſtipulatur, *Quod mihi Seius debet, dare ſpondes?* & qui ita ſtipulatur: *Quod ex teſtamento mihi debes, dare ſpondes?* incertum in obligationem deducit: licet Seius certum debeat, vel ex teſtamento certum debeatur: quamuis [m] iſtæ ſpecies [n] vix [o] ſeparari poſſint ab ea quam propoſuimus [p] de vino vel oleo vel tritico quod in horreo repoſitum eſt. Et adhuc occurrit, [q] quòd fideiuſſores certum videntur promittere, ſi modò & is pro quo obligentur, certum debeat: cum alioquin [r] ita interrogentur, *Id fide tu[...]ſſe iubes?*

Obligatio fieri, vel non fieri, eſt incerta. Bartolus.

V *Bi autem.* princip.huius.l.eſt ſatis planum.Not.tamen vnum loco ipſius caſus, quòd poſitiuus ſignificans qualitatē aliquam, eſt incertus: ſuperlatiuus verò eſt certus: ibi, vſque adeo. [FVNDI.] Promiſi tibi vſumfructum vineæ meæ. nunquid iſta ſtipulatio eſt incerta? Reſpon.quòd ſic,quia penitus incertum eſt quātum naſcetur in vinea, & quantum durabit. [ILLVD.] Promiſi tibi fructus qui naſcētur in tali vinea mea: aut partum ancillæ meæ. vtrū ſtipulatus ſis incertum? Reſpon.quòd ſic: quia incertum eſt quid naſcatur. ſed ſi ego promitto tibi frumentum quod iam eſt in horreo meo, vel vinum quod eſt ī cauea mea: videor certū promiſiſſe: quia faciliter ſciri poteſt quātū ſit vel in horreo, vel in cauea. [QVI VERO.] Iſte. §. continuatur ad ſuperiorem: quia dictū eſt ſupra in fin. §. quòd ſi ſtipulor frumentum quod ī horreo tuo eſt: videor certum ſtipulatus. Quid autē eſt ſi ſtipulor hoc modo, promittis mihi dare quod Titius tibi debet: vel quod mihi ex teſtamento debes? an iſta ſtipulatio ſit certa, vel incerta? videtur quòd ſit certa, duabus potiſſimè rationibus. Prima: quia certum eſt id quod Titius tibi debet: & quod ex teſtamēto mihi debes: ergo certum deduco in ſtipulationem. Secunda ratione: quia ſi fideiuſſor promittat fideiubendo pro aliquo, id fide mea eſſe iubeo: attamen videtur certum promittere. Tamen non obſtantibus rationibus iſtis, ſtipulatio, promittis mihi quod Titius tibi debet? vel, quod ex teſtamēto mihi debes? eſt incerta: licet parua ſit differentia inter hanc & illam ſuperioris. §. in fin. de frumento in horreo repoſito. [QVI ID QVOD.] Stipulationes quæ in faciendo vel in non faciendo conſiſtunt: ſunt incertæ. [QVI ILLVD.] Stipulatus ſum à te viginti, vel talem equum tuum. quæritur vtrum certum ſim ſtipulatus vel incertum? & videtur quòd certum: quia certæ re[...] in hac ſtipulatione deſignantur. Tamen iuriſconſul. diſtinguit. aut ego reſeruaui mihi electionem: & tunc ſtipulatio eſt certa. aut non reſeruaui mihi electionem, petendo quod voluero: & tunc ſtipulatio eſt incerta. [QVI SORTEM.] Debebat [...] centum ex mutuo, pro quibus præſtabat mihi quolib[...] menſe certas vſuras. ſtipulatus ſum ab eo ſortē & vſuras ſimul. [...] quòd certum ſtipulor, & incertum. nam ratione ſorti[...] certum ſum ſtipulatus. ratione verò vſurarum ſtipulatus ſum incertum. §. ſeq. eſt planus. Franciſcus.

† Huc pertinet locus cōparatiōis vtilitatum apud Cic. li. 2 de Inuent. Rhet. vbi de iuridiciali adſumptiua differit. & li. 1. Offi. circa finem.

a *Incertam.* Incertum dicitur & quod in obli[...]tione vertitur: vt ſi deficit vnum de prædictis: & quod natura [...] incertum eſt: vt factum eſt. M.

b *Sine propria appellatione.* Hic nulla eſt ſtipulatio: vt. ſ. de iur. do. l. cum poſt. §. gener. &. j. e. l. ita niſi vt. j. e. l. qui ex pluribus. & facit ſ. de leg. j. l. ſi domus.

c *Sine qualitate.* cum quantitate tamen expreſſa. Io. Accurſius.

d *Stipulatur.* H[i]c quodlibet dando liberatur: vt ſupra manda. l. ſi fideiuſſor. ij.

e *Incertum.* vt ſi deficit vnum de prædictis.

f *Vſque adeo.* ſcilicet dicitur incertum.

g *Quo.* id eſt propter quod. Accurſius.

h *Appellatio.* non ergo dabitur certi condictio pro mutuo: niſi vbi optimum mutuatus eſt quis. ſed reſponderi poteſt in mutuo conſiderari bonitatem rei quæ datur, vt ſecūdum eam ſit mediocris vel optima: & quaſi certum ſit in obligatione, fiat redditio, vel ſolutio. at vbi non præcedēte bonitate quam oporteat nos exſpectare, ſtipulor aliquid in pondere, numero, vel menſura: incerta erit ſtipulatio, niſi exprimatur qualitas: vt hic dicit. Quidam tamen dixerunt [a] quòd vbi ſtipulor centum amphoras vini boni, detur condictio certi: quaſi certum ſit in quātitate, licet nō in qualitate. ſed certe illud nomen quanti, refertur ad ea quæ ſunt in pondere, numero, vel menſura: & ad eadē refertur aliud nomē, quale. Illud autem nomen quid, refertur ad ſpecies quas oportet demonſtrare, & etiam ad quantitates. Idem dicebat in homine in genere promiſſo: quia certū quid, licet quale incertum: quòd cōpetat cōdictio certi. quod non placet: quia ad ſpecies refertur nomen quale, quod eſt. ſ. l. prox. Item oppo. quia & in auro eſt incertitudo qualitatis: ſed tamen dicitur ꝙ certum ſtipulor: vt. ſ. l. proxi. Solu. quidam dicunt, [b] aliter ibi accipitur certū. ſ. vbi eſt quid & quantum, licet non quale. hic autē ſtrictius. & ibi etiam quale exigitur certum. Vel aliter [c] ibi intelligitur de his quæ frequentantur: & ſic certis etiam quo ad quale: vt. j. de reg. iu. l. ſemper. Accurſius.

a] Et male, Bart. Alex. & Iaſ.

b] Diſplicet Bar. Pau. Ale. & Iaſ.

c] Idē Barto. Pau. Alexan. & Iaſ.

i *Appellatio.* ſcilicet optimi.

k *Deduxiſſe.* & ideo ex ſtipulatu cōpetit actio: ſed certè imò certum: vt. ſ. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. tribus. circa princ. quæ eſt contra. Sol. hic ſpeciei puta fundi fuit vſusfru. ibi quātitatis. ſ. xv. milium fuit vſusfru. vel ibi reſpectu incertioris, id eſt facti. vel vt ibi. item &. ſ. de triti. l. j. §. & generaliter. contra. Solu. ibi quod ex præſenti debebatur, fuit deductum in ſtipulatione. vel aliter incerta erat quantum ad vtilitatem: quia neſcimus quantum duret, & ita dicitur hic. Ibi vero certa erat quantum ad rem: & ideo per triticariam petitur. imò contra non eſt: quia triticaria bene competit ad incertum. Accurſius.

l *Intelligitur.* Not. non refert quid ex æquipollētibus dicatur: ſed obiicitur, hic non apparet quid, quale, vel quantum ſit in obligatione: ergo incerta eſt ſtipulatio: vt. ſ. e. l. in prin. Reſpon. non prima facie: ſed ex poſtfacto ex his verbis apparebit.

m *Quamuis.* correctiuum eſt, [d] ſecundum Io.

n *Species.* duæ prædictæ: & quod Seius debet: & quod ex teſtamento mihi debes, ſecundum Io.

o *Vix.* quia non poſſunt ſeparari: imò certa eſt, ſecundum Ioan. licet Bul. dixit ſtipulationem de eo quod mihi Titius debet, vel ex teſtamento debes, incertam eſſe.

p *Propoſuimus.* ſ. §. proxi. Accurſius.

q *Occurrit.* mihi in argumētū vt ſit certa, ſecūdū Io. occurrit etiā tertiū. ar. ſ. de re iud. l. ait prætor. §. j. Sed ar. cōtra. ſ. de vſu. l. quod ī ſti. &. j. de iur. fiſ. l. ita fidei. [e] & ad. l. Fal. l. pœnales. §. Iul. in prin.

r *Cum alioquin.* i. aliter ꝙ principales debitores. & facit. ſ. de lega. ij. l. ſi ita ſcripſiſſet. & de leg. j. non quocunque. §. qui Gaium.

d] Rectè ſentit Ioan.

e] Solu. ibi certus fund' nō erat expreſſus: nec ibi relatio debet fieri ad tacitum, ꝓpter ſuſpicionem cōmiſſæ malitiæ. Barto. & Iaſ.

ff. Nouum. HH iij

a *Qui id quod*.facit inſtitu.eo.§.fi.Accurſius.

b *Deſignantur*.& ideo videbatur certa.Accurſius.

c *Incerto*.& hoc videbatur.

d *Vtcumque*.nunc ſoluit.

e *Velim*.idem videbatur & cum dixi vtrum velis: ſed non eſt ita: quia in primo caſu ſtatim poſſum eligere: in hoc non. & facit.j. de iniu.l. prætor.§. quod autem prætor.

Qui id quod [a] in faciendo aut non faciendo, *ſtipulatur: incertum ſtipulari videtur. In faciendo, veluti foſſam fodiri, domum ædificari, vacuam poſſeſſionem tradi. In non faciendo, veluti per te non fieri quo minus mihi per fundum tuum ire agere liceat: per te non fieri quo minus mihi hominem Erotem habere liceat.

* faciendo conſiſtit.

Obligatio alternatiua, ſi electio eſt promiſſoris, continet incertũ: ſi creditoris, certum dicitur continere. Bartolus.

B Qui illud aut illud ſtipulatur, veluti decem, vel hominem Stichum: vtrum certum an incertum deducat in obligationem, non immeritò quæritur. nam & res certæ deſignantur, [b] & vtra earum potius præſtanda ſit, in incerto [c] eſt. Sed vtcunque, [d] is qui ſibi electionem conſtituit adiectis his verbis, *vtrum ego velim*: [e] poteſt videri certum ſtipulatus: cum ei liceat vel hominem tantùm, vel decem tantùm intendere ſibi dari oportere. Qui verò ſibi electionem non conſtituit, incertum ſtipulatur.

C Qui ſtipulatur ſortem & vſuras, ſtipulatur certum quo ad ſortem: incertum quo ad vſuras. Bartolus.

Qui ſortem ſtipulatur, & vſuras quaſcunque: [f] certum [g] & incertum [h] ſtipulatus videtur: & tot ſtipulationes ſunt, quot res ſunt. [i]

Qui tenetur ad dandum: dare præciſè compellitur. Bartolus.

f *Quaſcunque*. ſine quãtitate: & tunc inutilis: vt ſupra de vſur.l.tutor.§. fina. vel dic trientes: & tunc vtilis: & dicitur incertum propter hoc quia neſcimus quantum differt ſoluere ſortem.

g *Certum*. quantum ad ſortem.

h *Incertum*. quãtum ad vſuras.

i *Quot res ſunt*. ſors & vſura: vt.ſ. de eo quod cer.lo.l. cẽtum. Vel dic quot annis ſoluatur vſura. Accur.

k *Certi eſſe*. ſi ſtipulor fieri, venit intereſſe: vt ſupra de re iudi.l.ſi quis ab.§.fi. Idem ſi rem tradi: [a] vt ſupra eo.l.ſi rem tradi. idem ſi rem præſtari: vt.j.e.l.ſi fundum. ſed vbi dari: tunc quod hic, vt omnimodo fiat mea: vt hic, &.ſ. de contrahen. empt.l. ſi ita.§. fin. quod poteſt intelligi. [b] ſi fiat traditio: aliàs ad intereſſe ſi hoc reo placeat: vt in dictis. ll. ſic etiam dicimus in.l. qui reſtituere. [c] &.ſ. de act.empt.l.j. vel dic præciſè poſſe agi vt fiat. ſi hoc actori placet: vt.ſ. de ope.no.nun.l. ſtipulatio.§. ſiue autẽ. & facit inſtitu.de actio.§.ſic itaque. Item quod ſubiicit quoquo modo, ſcilicet per ſe vel per aliũ. Item per traditionem vel alio modo. Item vel tunc vel poſtea, vt vſucapione, conſumptione. nam quocunque modo fiat: eius non intereſt ſecundum Ioan. Item ſic debet fieri vt auelli non poſſit: vt.ſ. de leg.j.l. non quocunque.ij.reſponſo.

a] Iſtam doctrinam ſequũtur Bar. Imo. Alex. & Iaſ.

b] Reprobatur per Bart. Imo. Alexã. & Iaſ.

c] iſtæ duæ ll. non obſtant, quia loquũtur in obligatione omnem rẽ reſtitui, vel rẽ tradi: non autẽ in obligatione rẽ dari. Ia.

S*I ſtipulatus*.] CASVS. Titius ſtipulatus eſt à Mæuio hoc modo: Promittis mihi dare Stichũ ſeruum aut Pamphilum, quẽ ego voluero? Reſpondet Mæuius, promitto. certum eſt quòd ſtipulator habet hic electionem. Sed ponamus quòd Titius ſtipulator moritur: an heres eius habeat electionem petendi quem iſtorum voluerit? Dicitur hic quòd non: quia iſta electio eſt perſonalis: nec tranſit ad heredem. an autem obligatio tranſeat in heredem? Dicitur quòd ſic: licet ſtipulator mortuus ſit antequam eligat. [CVM STIPVLAMVR.] Debes mihi ex venditione certam ſummam pecuniæ: vel debebas mihi ædificare domũ. vt magis certus ſim quòd mihi ſoluas, vel domum facias: ſtipulor à te hoc modo: promittis mihi dare vel facere quod te dare vel facere oportet? tu reſpondes, promitto. quæritur, quid deducitur in hanc obligationẽ? reſpondetur quòd tantum illud quod debebas mihi tempore huius ſtipulationis: non id quod in futurum poſſes mihi debere. nec enim eſt in hac ſtipulatione ſicut in iudiciis. nam ſi te conuenio de peculio: licet tempore accepti iudicij nihil ſit in peculio: ſi tamen cœperit poſtea eſſe: teneberis mihi. ſimiliter dicendũ eſt in peti. here. ſi autem velim mihi prouidere in futurum: debeo ſic ſtipulari: promittis mihi quod te dare vel facere oportet oportebítve? tunc enim futurum etiam deducitur in obligationem. Franc. Accur.

A l *Perſonalis*.vt non egrediatur perſonam meam, vel mei heredis. Accurſius.

m *Filio*.ſic ſtipulanti, illud aut illud, quod velit.

n *Cohæret*.vt &.j.eo.l.fin.in princ.ſed videtur egredi perſonam: vt.ſ. de leg.j.l. ſi ſic.§. ſi quis ita. vbi tranſit in legatariũ talis electio. Solu.ibi erat [d] verbum indicatiui modi, ſcilicet velim: hic ſubiũctiui, voluero. quod non placet: vt dicam.j. eo.l. fin. Dic ergo quòd non eſt contra: quia perſonalis eſt electio ſeruo vel filio ſtipulãte & viuente: ſed non eſt perſonalis quin ad legatarium tranſeat: vt ibi, & ad heredem: vt hic ſubiicit. aliàs non eſt.

d] Iſta reprobatur p omnes docto.

Hæc ſtipulatio, *fundum Tuſculanum dari?* oſtendit ſe certi eſſe: [k] continétque vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquo modo.

Facultas eligendi non tranſit ad alium præter ſtipulatoris heredem. B.

LXXVI. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI ſtipulatus fuerim illud aut illud, quod ego voluero: hæc electio perſonalis [l] eſt: & ideo ſeruo vel filio [m] talis electio cohæret: [n] in heredes tamen tranſit obligatio [o] & [p] ante electionem mortuo ſtipulatore.

Verba præſentis temporis non porriguntur ad futura. Barto.

Cum ſtipulamur quidquid te dare facere oportet, id quod [q] præſenti die duntaxat debetur, in ſtipulationem deducitur: non vt in iudiciis etiam futurum: [r] & ideo in ſtipulatione adiicitur verbum, *oportebit*: vel ita, *præſens, in diém ve.* hoc ideo fit, quia qui ſtipulatur quidquid te dare oportet, demõſtrat eam pecuniam quæ iam debetur. [ſ] quòd ſi totam demõſtrare vult, dicit, [t] †*oportebít ve*: [u] ita, *præſens, in diém ve.* [x]

† dicit, oportet, oportebítve.

n *Cohæret*.ſcilicet patri, vel domino.

o *Obligatio*. & ſic electio. ad quod eſt. C. de iure delib.l. cum antiquioribus. Accur.

p *Et*.pro etiam. Accurſius.

q *Id dũtaxat quod*. nũc reſpondet.

r *Futurũ*. Hic eſt contra.ſ. de iudi.l. nõ quẽadmodum.&.l. non poteſt. Solu. dic non futurum vt in iudiciis, ſcilicet nõ venit futurum. & ſic concordat. vel dic venire futurum in iudiciis, ſcilicet quãdoque: vt in act.de peculio: vt ſupra de pecu.l. quæſitum. in princ. & in petitione hereditatis: vt ſupra de peti. heredi.l. ſi quo. & aliàs quandoque: vt not. ſupra de pigno.act.l. ſi rem alienã.§.fina.

ſ *Debetur*. & peti poteſt. hoc dico propter pecuniam quæ in diem debetur, ſed adhuc peti non poteſt.

Ex hereditate iacente ex curſu diei appoſita pœna committitur.

LXXVII. IDEM *libro quinquageſimooctauo ad Edictum.*

AD diem ſub pœna pecunia promiſſa, & ante diẽ [y] mortuo promiſſore, committetur [z] pœna, [a] licet nõ ſit hereditas eius adita.

t *Dicit*.ſub.quidquid te dare facere oportet oportebítve, &c.

u *Oportebítve*.vel hoc tantum: vt infra de verbo.ſignifi.l. verbum oportebit.

x *In diémve*.id eſt non ſolum præſens, ſed etiam futurum. & facit.j.eo.l.ſi à colono. Accur.

D A*D diem*.] CASVS. Titius ſtipulatus eſt à me.c. ſoluenda in die ſancti Ioannis: & caſu quo non ſoluerem, promiſi.l. nomine pœnæ. morior ante feſtum ſancti Ioannis: nec hereditas mea eſt adita ab aliquo. quæritur, ſi iſta.c. non ſoluantur in feſto ſancti Ioannis, an pœna committatur? Et dicitur quòd ſic. Franciſcus.

y *Ante diem*.ergo ante [e] moram.

e] Iſta gl. eſt ſing. ſecundum P. hic.

z *Committetur*.eo die quo dare debuit: quo tempore videbatur pœnam non eſſe commiſſam, ſcilicet cum non per debitorem ſtetiſſet: ſed caſu quo minus ſoluiſſet. Azo. & facit ſupra de nauti. fœno.l.fin. Sed quidam dicunt quòd obſtet exceptio, vt argu. ſupra de vſur.l. pecuniæ.§.j. in fin.§. quod non placet. & ibi loquitur in contrario caſu. item facit ſupra de fideicom.liber.l. Thais.§. Stichus. Accurſius.

a *Pœna*.quia mora in rem eſt. Accurſius.

S*I filiusfamilias*.] CASVS. Habeo filium in poteſtate qui ſtipulatur à Titio centum. certum eſt ꝙ filius mihi adquirit. poſt hanc ſtipulationem emancipo eum. quæritur, vtrum actio mihi competat poſt emancipationem eius? Reſpõ. quòd ſic: quia tempus quo ſtipulabatur, inſpicitur. [CVM FVNDVM.] Stipulatus ſum

ſum à te fundum Cornelianum, vel vineam maturam: vtrum fructus mihi debeantur qui ſunt in ea, propter iſtam ſtipulationem? dicitur quòd non. Franc.

a *Deinde*. poſt emancipationem.

b *Quo contrahimus*. ſecus in legatis conditionalibus. [a] vt. j. de re iudi. l. quæ legata. & ſupra quando di. l. ce. l. ſi vſusfr. in fi. & . s. de pig. l. ſi legati. & . C. de con. dit. inſer. l. ſi vxor. & fa. infra de regu. iur. l. non omne. §. j. & . j. de ſtipu. ſer. l. fina. Sed contra. j. de fideiuſſ. l. ſi debitori. §. ſi filius. & infra eod. l. quidam in fin. ſed fuit ſubſecuta numeratio: vnde eius tunc tempus inſpicitur. argu. j. de noua. l. cum enim ſupra de iur. do. l. profectitia. §. pe. item contra. s. man. l. ſi vero non re. §. ſi filio. vbi ex mandato recepto dum eſt in poteſtate, agit emancipatus. Solu. vt ibi. item contra. s. eo. l. ſi rem meam. Solu. vt ibi.

a] Rationē diuerſitatis vide per gl. in. l. ſi vxorē. C. de cōdi. in ſer. Iaſon.

† No initiū ſpectari. cōcor. iura. alleg. per glo. optimam in c. dudum. in prin. de ele. glo. eſt in. c. 1. §. item circa. in verbo legatorum de col. in prag. ſanct.

Quantum ad acquiſitionē tempus contractus inſpicitur.

LXXVIII. IDEM *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

SI filius familias ſub conditione ſtipulatus, emācipatus fuerit, deinde [a] extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus. [b] †

In actione ſtricti iuris nō veniūt fructus, niſi à die litis conteſtatæ.

Cum fundum ſtipulatus ſum, non veniunt fructus [c] qui ſtipulationis tempore fuerint. B

Præſentia perſonæ inducit vt alteri per alterū actio quęratur. B.

LXXIX. VLPIANVS *libro ſeptuageſimo ad Edictum.*

SI procuratori præſentis fuerit cautum: ex ſtipulatu actionem vtilem domino competere [d] nemo ambigit.

In ambiguis aſſumimus interpretationem quæ vitio caret. Bar.

LXXX. IDEM *libro ſeptuageſimo quarto ad Edictum.*

QVotiens in ſtipulationibus ambigua [e] oratio eſt: commodiſſimum eſt id accipi, quo res qua de agitur, in tuto ſit. [f] *

In ſtipulationibus pretoriis ſim- C

c *Non veniunt fructus*. niſi ſit lis conteſtata: vt s. de vſur. l. videamus. ij. §. ſi actionem. Sed contra. j. eo. l. ſi fundum certo die. ſed illud intereſſe non conſiſtit in lucro captando: puta fructuum: ſed in damno vitando, ſcilicet quanti interſit moram factam non eſſe: & ſic fructus veniūt non vt fructus. vel ſubtilius dicitur, quia ibi non fundus ipſe, ſed factum eſt in obligatione, ſcilicet fundum præſtari: vnde agitur quanti intereſt, ſcilicet factam non eſſe moram in præſtando. ſed hic fundus ipſe eſt in obligatione: quia promiſit dari: & ſic non veniunt fructus qui erant tempore ſtipu. & plene dixi in. d. §. ſi actionem. Item contra ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ſed ibi in emptione quę eſt bonæ fidei: hic in ſtipulatione. vel melius vt no. d. §. ſi actionem. ſecundum Io. & de act. emp. datio. §. j. item facit. s. quæ in frau. credi. l. fi. §. vt fructus. Item contra. de rei vindi. l. fructus pendentes. ſed hic [b] ſecti erant: vel ibi vt ſint mei, non vt mihi debiti: hic autem non ſunt vt mihi debiti: quia non debentur.

* Idē Ci. li. 2. de inuen. rhetorica, vbi de controuerſia quæ in ſcripto verſatur differit. Quītil. li. 7. ca. de ambiguo.

b] Reprobatur: ideo dic quòd illa lex loquitur reſpectu iuris realis, & ſic domini: hic vero reſpectu iuris perſonalis: ideo fructus nō veniunt tanquā pars fundi ſecundum Bald. Imo. Alex. & Ia.

d SI *procuratori. Competere*. hoc in prætoriis: vt. j. de præto. ſtipu. l. v. in aliis nō, ſecūdum quoſdam. vel dic in omnibus. nam in prætoriis etiam ſi eſſet abſens dominus, acquireret ei. Item hoc valet in ſtipulatione & datione concepta in perſona ſtipulantis procuratoris, vel etiam in ſtipulatione tantum: vt ſupra de conſti. pec. l. eum qui. §. Iulianus. & adde quod no. inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alij. & ſupra de procu. l. quod procurator. & facit ſupra ſi quis cau. l. penul. D

QVotiens.] CASVS. Tu eras venator, & ego etiam: ſic diligebamus canes. promiſiſti mihi vnum canem: & cum ego peterem canem tuum venatorium, dixiſti quòd non intelligebas de cane latrabili: ſed quòd dares mihi piſcem marinum, cum primū capi poſſet. quæritur, quid iuris, vtrum debeam expectare quòd capiatur? vel dixiſti te intellexiſſe de ſydere cœleſti: quod tamen nunquam præſtari poteſt. certe erit intepretandum quòd promiſeris mihi canem latrabilem: quia aliter intelligendo ſtipulatio fieret inutilis. forte enim nūquam poſſet capi piſcis ille marinus: nec ſydus cœleſte dare vnquam poſſes: quare erit res in eam partē interpretanda, vt non pereat. Franc. Accur.

e *Ambigua*. vel propter ęquiuocationem, vel propter amphibologiam, vel compoſitionem, vel diuiſionē, vel generalitatem, vel conſimilium, vel alternationem: vt per totum hunc titulum. Aequiuocatio eſt in dictione: vt cum vna dictio æqualiter ſignificat plura: vt in hac dictione canis: quæ ſignificat marinum, latrabilē, & cœleſte ſydus. amphibologia fit in oratione: vt in hac oratione, liber Ariſtotelis. nam hæc duplex eſt & ambigua. nam vno modo poteſt intelligi quòd ſit editus ab ariſtotele, alio modo poteſt intelligi quòd ſit proprius ipſius. vel in hoc exemplo: littus aratur. nam propriè ſignificat terram ſcindi trāſſumptiuè, operam perdi. in cōpoſitione & diuiſione ponas exemplū in hac oratione duo & tria ſunt quinq;. ſecundū quòd eſt diuiſa, eſt falſa. nam tunc intelligitur quod duo ſunt quinque, & tria ſunt quīq;: quod eſt falſum.

ff. Nouum.

A

pliciter cōceptis videtur quis promittere ſe curaturū. item in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. Bartolus.

LXXXI. IDEM *libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.*

QVotiens quis aliū ſiſti [g] promittit, nec adiicit pœnam, [h] puta vel ſeruum [i] ſuum, [k] vel hominem liberū: [l] quæritur an cōmittatur ſtipulatio. Et Celſus ait, & ſi non eſt huic ſtipulationi additum, niſi ſteterit, pœnam dari: id † quāti intereſt ſiſti, cōtineri. [m] & verum eſt quod Celſus ait. [n] nā qui alium ſiſti promittit, hoc promittit, id ſe acturum [o] vt ſtet. [p] B

Aliquando ſtipulatio procuratoris refertur ad intereſſe domini. Bartolus.

Si procurator ſiſti aliquem ſine pœna ſtipulatus ſit, poteſt defendi, non ſuam, ſed eius cuius negotiū geſſit, vtilitatē in ea re [q] deduxiſſe. [r] idq; fortius dicendū, *ſi quanti ea res ſit*, ſtipulatio proponatur procuratoris.

Non poteſt quis ſtipulari rē ſuā ſibi dari, ſed reſtitui ſic, & etiā æſtimationem eius. Paulus.

LXXXII. IDEM *libro ſeptuageſimooctauo ad Edictum.*

f *Tuto ſit*. ſi in vno conſenſimus: [c] debetur. ſ. ſi verba fuerunt apta: aliàs non: vt. s. de leg. j. l. iiij. ſi conſtat nos diſſenſiſſe, nil eſt, vt. j. eo. l. inter ſtipu. §. Stichum. ſi dubitetur de quo ſenſerit: ſi quidem poteſt valere ſecundum intellectum vtriuſque, quia neuter Stichus eſt ſtipulatoris, datur electio promiſſori: vt. s. e. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. [d] & de reb. du. l. cū quæritur. ſi non poteſt ſecūdum intellectum vtriuſque valere: valebit ſecundū intellectū illius qui poteſt valere, vt hic: vt quia alter eſt ſtipulatoris: vel quia dixi, hodie decem Boñ. dari. & alter dicat ſenſiſſe de alia Bononia: ſecundum cuius intellectum nō poſſet valere. & facit infra eo. l. qui ex pluribus. & de reb. du. l. quoties. ij. & de leg. j. l. apud [e] Iulianum. §. ſcio. & . j. eo. l. cōtinuus. §. j. & . l. quicquid aſtringendæ. & . l. ſi mihi & Titio. §. ſi ſtipulatus. & ſupra de reb. dub. l. vbi. & . j. de reg. iur. l. ſemper.

c] Vide glo. ſimilē in. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib' ſupra eo. & diſtinctionē huius gl. ſequuntur Imo. & Iaſ. hic.

† Flo. in id.

d] Verū eſt ſub. §. alteri.

e] Idē Iul.

QVotiens.] CASVS. Titius fecit mihi furtum. conueni eum coram iudice act. furti. tu quia diligebas eum, excuſaſti cauſas abſentiæ. & quia procurator eras, promiſiſti mihi quòd eum ſiſteres in iudicio, non adiiciens aliquam pœnam huic promiſſioni. tu non ſiſtis Titium ſicut promiſiſti. quæritur ad quid mihi tenearis? Reſpon. quòd teneris mihi ad intereſſe, quanti ſcilicet mea intereſt eum ſtatum fuiſſe. [SI PROCVRATOR.] Conueniebar actione noxali propter ſeruum meum. conſtitui procuratorem. procurator ille promiſit aduerſario meo ſeruum ſiſtere in iudicio. non facit quod promiſit. quęritur vtrū aduerſarius meus poſſit agere ad intereſſe, eo quòd non ſeruatum eſt quod eſt promiſſum. & reſpondetur quòd ſic: licet illa ſtipulatio quanti ea res eſt, videtur fuiſſe procuratoris. Franciſcus.

g *Siſti*. in iudicio. Ro.

h *Nec adiicit pœnam*. ſi non ſteterit. Ro.

i *Vel ſeruum*. quibus caſibus ſtipulatoris intereſt ſiſti, vt in criminalibus, & in poſſeſſione momentanea, & ſi eſt Cęſaris ſeruus, vel etiā aliàs in cauſa noxali: vt ſupra ſi ex noxa cauſa aga. l. ij. §. j. aliàs non: vt ſupra ſi quis cau. l. quotiens.

k *Suum*. ſcilicet promiſſoris.

l *Liberum*. ſcilicet ſiſti promittit.

m *Contineri*. colligitur ergo in obligatione intereſſe deduci, vbi factum promittebatur: vt. s. ſi quis in ius vo. non ie. l. fi. ſic. j. rem ra. ha. l. ſi procurator. & . l. in ſtipulatione. & . s. de euic. l. ſi ita quis. & no. s. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. finali.

n *Ait*. videbatur factum alienum promittere: ſed lex interpretatur proprium. & hoc eſt, nam qui, &c. Accurſius.

o *Acturum*. & ideo niſi ille ſteterit, ad intereſſe tenetur, cum magis ſuum factum quàm alienum promiſit. R.

p *Vt ſtet*. ſ. ille quem ſiſti promiſerit. Accurſius.

q *Re*. id eſt in ſtipulatione. Accurſius.

r *Deduxiſſe*. & ideo quanti intereſt domini, in ea ſtipulatione venit: vt hic, & ſupra ſi quis cau. l. ſi procurator. & facit ſupra de in lit. iuran. l. videamus.



UNED

NEmo.] CASVS. Stipulor à Titio hoc modo: Titi promittis mihi dare rem meam? an talis ſtipulatio valeat? Dicitur quòd non. Si autem dico ſic: promittis centum pro pretio talis fundi mei? talis ſtipulatio valet. Itẽ poſſum ſic ſtipulari, promittis mihi reſtituere talem equum meũ quem detines? [SI POST MORAM.] Promiſi tibi hominem Stichum. conueniſti me in iudicio vt tibi ſoluerem: & litem es conteſtatus. Stichus moritur. quæritur, an mihi tenearis. Reſpondetur quòd ſic, ac ſi Stichus adhuc viueret. & in fine declarat quis videatur moram facere: nam ille qui plus diligit litigare, quàm ſoluere quod debet. Franc. A

a *Stipulatur.* ſcilicet pure. ſed ſub condit. poteſt: vt ſupra eo. l. ſi rem meam. & dari: vt ſupra eod. vbi autem. in fin. & ſupra vſufru. quemadmodum ca. l. fin. in fin. & ſupra eod. l. ſcire. in fine.

NEmo rem ſuã vtiliter ſtipulatur: [a] ſed pretium rei ſuæ non inutiliter. Sanè rem meã mihi reſtitui [b] rectè ſtipulari videor. [c]

Periculum interitus ſpectat ad debitorem moroſum. Barto.

Si poſt moram promiſſoris homo [d] deceſſerit: [e] tenetur nihilo minus proinde ac ſi homo viueret. [f] & hic moram videtur feciſſe, qui litigare [g] maluit quàm reſtituere.

Quis non poteſt factum alienũ promittere, ſed ſimpliciter promittendo videtur promittere ſe curaturum, quãdo præcedit contractus ex cuius natura hoc venit. Bartolus.

b *Reſtitui.* ſcilicet de facto: vt ſupra eod. l. ſi rem. Accurſius.

c *Videor.* propter poſſeſſionem.

d *Homo.* non periturus eodem modo penes ſtipulantem: aliàs contra. ſ̃. de conſtit. pecu. l. ſi duo. M. ſed Ioan. [a] contra.

a] Iſta opi. Io. eſt vera & communis ſecundũ Bart. & alios modernos, vt in l. quod te. ſ̃. ſi cer. pet licet cõtra eam teneat Ia.

e *Deceſſerit.* mora non purgata: vt. ſ̃. eo. l. interdum. §. finali.

f *Si homo viueret.* nam adhuc poteſt peti: vt. j̃. e. l. ſi ſeruum. §. fin.

g *Litigare.* iniuſte. aliàs ſecus: vt. ſ̃. de peti. her. l. illud. & ſ̃. de vſur. l. ſi quis ſolutioni. & j̃. de reg. iur. l. qui ſine. quæ ſunt cõtra. Acc.

INter ſtipulantem.] CASVS. Hæc. l. in principio ſuo nihil aliud dicit quàm hoc quòd ſcilicet nemo poteſt alteri ſtipulari: quia verba ſtipulationum debent proferri inter præſentes: & ſic negotium. id eſt ſtipulatio fit inter præſentes. [ET QVI SPONDET.] Promiſi tibi quòd dolus malus aberit ab aliqua re inter nos acta, & ſic te ſtipulante promiſi: promitto tibi quòd dolus malus abeſt, & abfuturus eſt. quæritur quid promiſiſſe videar, an de meo dolo ſolummodo, an etiam de alieno? Reſpondetur, hæc ſtipulatio comprehẽdit non tantum quod dolus meus abſit, ſed quòd curare debeam etiam quòd dolus alterius huic rei non interueniat. Idem dicit eſſe in illa ſtipulatione, habere licere: & in illa, neque per te, neque per heredẽ tuum fieri: ſcilicet quin mihi ire agere liceat. [SI STICHVM.] Habebas duos ſeruos Stichos: vnum album, alium nigrum. ſtipulatus ſum à te Stichum ſimpliciter, non exprimendo nigrum, neque album: petij à te Stichum albũ, qui melior erat. tu dixiſti te ſenſiſſe de nigro, & non de [illegible]o: nec poteſt conſtare de quo ſenſerimus. quæritur, vtrum ſtipulatio valeat? Et reſpondetur quòd talis ſtipulatio eſt inutilis, propterea quòd non cõſenſimus in vnam rem. Secus eſt in iudicio. nam retento eodem themate, ſi petiero per libellum, vel ſimplici petitione, Stichum, non addendo vel exprimendo album vel nigrum: certe ſtabitur dicto meo qui ſum actor, de quo ſenſerim. & ratio eſt: quia ſtipulationes quæ fiunt extra iudicium, fiunt voluntate partium, & vtriuſque conſenſu. ſi ergo conſenſus deficit, non valet ſtipulatio. Sed iudicia redduntur in inuitos: & neceſſe eſt quòd ſtetur dicto actoris: quia reus ſemper negaret ſe de illo quem dicit actor, ſenſiſſe. eſt enim proprium reorum ſemper fugere. [SI STIPVLANTE.] Titius ſtipulatur à Mæuio hoc modo. Promittis mihi dare Stichum aut Pamphilum? Mæuius reſpondet animo diſſentiendi, promitto Pamphilum. quæritur, an Mæuius teneatur? Reſpon. quod non. Sed quid? Idem Titius ſtipulatur à Mæuio: promittis mihi. xx. aut. x? Mæuius reſpondet, promitto decem. an teneatur in decem? reſpon. quòd ſic: & ratio differentiæ eſt inter ſtipulationes ſpecierum & ſummarum: quia in ſummis ſemper intelligimus eſſe promiſſum quod minus eſt: decem autem minus ſunt, quàm. xx. [ITEM SI EGO.] Stipulatus es à Titio ſic: promittis mihi Stichum, & promittis mihi Pamphilum? Titius reſpondet, promitto Stichum. quæritur, an teneatur pro Sticho? dicitur quòd ſic: quia tot ſunt ſtipulationes quot res deductæ in ſtipulationem: ergo ſi ad vnam reſpõdetur, valet ſtipulatio. [SACRAM REM.] In hoc. §. vſque ad. §. ſi rem. eſt prolixior textus & clarior quàm caſus poni poſſet: & procedit per pulchra argumenta quæ confirmat per exempla clariſſima: quare videatur textus, qui facillimus eſt. [SI REM.] Promiſiſti mihi equum talem ex cauſa donationis. poſtea legatus eſt mihi equus iſte: & ſic ſunt hic duæ cauſæ lucratiuæ, ſcilicet donatio, & legatum. quæritur hic, cum acquiſiuerim equum iſtum ex cauſa legati lucratiua, nunquid euaneſcit prima ſtipulatio? Reſpon. quòd ſic. Idem eſt ſi heres fuero domino illius rei quæ mihi promiſſa eſt per ipſum dominum. vſque ibi. §. ſi vero. Sed ponamus quòd dominus illi[9] rei mihi promiſſæ me inſtituat heredem: ſed tamen illam rem à me legauit alteri, & ſic non eſt apud me remanſura. Certe hoc caſu non euaneſcit ſtipulatio: & intellige quando ſum inſtitutus in parte heres: quia ſi in totũ, non eſt contra quem agere poſſem: bene aduertẽdo ad literã. aliter enim textus ſtare non poſſet. caderet enim caſus in impoſſibile. Idem eſt & ſi ſit legata ſub conditione. ratio: quia licet ipſe debitor dediſſet rem quæ eſt legata ſub conditione: certe non eſſet liberatus. ſi autem defecerit conditio, & res penes eũ remanſerit: euaneſcit petitio. [STICHVM.] Stipulatus ſum à te Stichum: qui forte mortuus erat. an valeat talis ſtipulatio? & diſtinguitur: aut tu eras in illo caſu vt mihi tenereris etiam mortuo Sticho: quia eum forte mihi ſurripueras: & tunc etiam mortuo Sticho mihi teneris: quia ſemper fur eſt in mora. aut eum ſimpliciter ſum à te ſtipulatus, puta cauſa emptionis vel donationis. tunc enim ſi mortuus erat tempore ſtipulationis vel poſt, ante tamen morã: non teneris mihi: quia mortuo homine promiſſo ante morã promiſſoris, liberatur promiſſor. [SI QVIS.] Ancilla Titij commiſit noxiam contra me: conueni Titium noxali actione, qui promiſit ancillam quę pręgnans tunc erat, ſiſtere in iudicio. iſta ancilla interim peperit: poſtea ſiſtitur per dominum. quæritur, an recte ſiſtatur? & reſpondetur quòd ſic. hoc dicit. hæc tota. l. vſque ad eius fin. Franc. C

LXXXIII. PAVLVS *libro ſeptuageſimoſecundo ad Edictum.*

INter ſtipulãtem & promittentem negotium [h] contrahitur: itaq; alius pro alio promittẽs daturũ facturúmve eum, nõ obligatur. [i] nam de ſe quenq; [k] promittere oportet. Et qui ſpõdet dolum malũ abeſſe, abfuturúmq; eſſe, nõ ſimplex abnutiuum [l] ſpõdet: ſed curaturũ ſe vt dolus malus [m] abſit. Idémq; in illis ſtipulationibus, *habere* [n] *licere*: itẽ, *neque per te,* [o] *neq; per heredẽ tuũ fieri quo minus fiat.* [p] B

Diſſenſus vitiat ſtipulationem: ſed non iudicium. Bartolus.

Si Stichum ſtipulatus, de alio ſentiam, tu de alio: nihil actum [q]

h *Negotium.* i. pacto negociũ conſtituitur. id conſtitui debet. Ir.

i *Non obligatur.* ipſe, nec ille quem daturum vel facturum promiſit. Accurſius.

k *Quemque.* idem in conſtituta pecunia: vt. ſ̃. de conſtit. pecu. l. eum qui. §. Iulianus. verſic. ſed ſi quis. & facit. j̃. de fideiuſſ. l. ſicut reus. & ſ̃. de inter. ac. l. ſi ſine. §. j.

l *Abnutiuum.* id eſt abnegatiuum: hoc eſt non à ſe ſolo dolum abeſſe: ſed curaturum, &c. vel ſecundum M. id eſt non ſolum annuit dolũ à ſe abeſſe, ſed ab alio: & in idem recidit cum prima.

m *Dolus malus.* idcirco obligatur, ſubaudi.

n *Habere licere.* videtur contra. ſ̃. eo. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis promittat. & §. quæſitum. ibi, quare ſi perſeuerauerit, &c. vbi dicitur quòd pro extraneis non tenetur. ſol. [b] hic præceſſit contractus in quo talia veniebant iure contractus etiam extraneo euincente. ibi non: vt not. ſ̃. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem. vel hic tenetur de aliis quos prohibere poteſt: ibi non poterat prohibere. arg. ſ̃. loca. l. ſi fundus. vel ſecundum M. [c] refert: promitto ſimpliciter habere li. & tunc obtinet quod hic: quod etiam de extraneis tenetur. an expreſſim per me & per alios habere li. & tunc ſit ſimplex abnutiuum: vt in contra. vel ſecundum Io. [d] nõ committitur ſtipulatio, vt ibi, ſcilicet propter factum promiſſoris vel heredis, alio ſcilicet euincente: committitur tamen ideo quia non curauit hoc non effici: vt hic. vel dic ꝙ dicitur [e] idémque in illis ſtipulationibus, &c. referri ad principiũ legis. ſcilicet quòd alius pro alio promittens non obligatur. vel hic promiſit ſe curaturũ quòd alij ſineret habere licere. item in eo quòd præcedit dolum malum, &c. eſt contra. ſ̃. eo. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. Sol. vt dixi in antepe. & vlti. ſolu. præcedentis contrarij, vel vt in ſecunda & tertia. & facit. j̃. iudi. ſolui. l. nouiſſima. & ſ̃. eo. l. in illa ſtipu. per te. ij. & ſ̃. loca. l. in lege. Accurſius. D

b] Idẽ Bart. P. & Als. nõ tamen congruit literæ, ſecundũ Iaſ.

c] Nihil eſt ſecũdum B. P. & Ia.

d] Iſtã ſolu. iungas cum præcedentibus, & erit veriſſima. B. Angel. Imo. & Alexan.

e] Diſplicet Bar. & Ia.

o *Per te.* ſcilicet Titium. Accurſius.

p *Fiat.* domus à Seio quam promiſerat mihi facere.

q *Nihil actum.* vt. j̃. e. l. cõtinuus. §. j. & arg. ſ̃. de cõtrahen. emp. l. in venditionibus. & ſ̃. tit. j. l. in omnibus. ſed contra in eod. tit. de cõtrahen. empt. l. ſi in emptione. in prin. ſed ibi accedebat venditioni:

tioni: [a] hic principaliter promittebatur. Vel hic [b] conſtabat diſſenſiſſe: ibi non. & adde diſtinctionē quam no. ſ. e. l. quotiēs. Acc.

a] Idē. Bar. Al. & Iaſ. b] Diſplicet prædictis.

a *Exiſtimauit*. ſed male. Accurſius.
b *Sed hic*. id eſt in iudiciis. Accurſius.
c *Nam ſtipulatio*. ratio differentiæ. Accurſius.
d *In inuitum*. facit ſupra de procu. l. neque fœmina. & l. ſi reus.
e *Actori*. vincenti, & declarare volenti: aliàs nulla fieret ei condemnatio: vt. ſ. de rei vindi. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. fin. & facit ſupra de iudi. l. ſolemus. & l. ſi quis intentione. & C. de annali except. l. fina.
f *Alioquin*. ſi non ſtemus dicto actoris. Accurſius.
g *Semper*. ſcilicet in re dubia.
h *Si ſtipulante me Stichum aut Pamphilum*. & ſic eſt ſtipulatio alternatiua.
i *Spoponderis*. animo diſſentiendi.
k *Non teneri*. ſecus in legatis. argu. ſupra de aur. & argen. lega. l. qui lancē. ſecundum quoſdam: ſed diuerſus eſt caſus. Accurſius.
l *Diuerſa cauſa eſt ſummarum*. hic enim licet diuerſitas reſponſionis non placeat: ilico tamē ſtipulatio tenet, ſecundum Azo. Accur.
m *Quod minus eſt*. & apparet ex verbis: at in ſpeciebus non apparet: quia etſi vnus ſit vilior, poteſt tamen eſſe ſoluenti & eligēti vtilior. vel dic: id eſt veriſimile eſt vt ita videatur ſpōdiſſe ſimpliciter ſpōdendo: non tamen dico quòd maior quantitas eligi non poſſit: poteſt enim: vt ſupra de lega. ij. l. ſi ita relictum. §. fin. ſed illa non dicit hoc. ſed in ſpeciebus non eſt adeo violenta præſumptio: & ſecundum has ſcilicet duas expoſitiones exponit ſponderi, id eſt promitti. vel tertio eſt ratio: quia pro ſuperuacuo habetur, vel. xx. nec plus valet quàm ſi ſimpliciter decem promitteret, & ſecundum hoc ſponderi, id eſt interrogari: vt ſupra de lega. ij. l. Sempronius. & facit ſupra de arb. l. diem. §. ſi plures. & infra de fideiuſſo. l. inter eos. in princip. & de leg. iij. nummis. & infra eo. l. ſi ita ſtipulatus fuero. x. aut. xv. & ſupra de re iudic. l. inter pares. §. fin. infra de reg. iur. l. ſemper in obſcuris. & ſupra de adi. leg. l. iij. §. ſi quis plus. Sed contra infra de ſolu. qui res. §. qui ſtipulatur. ſolu. vt ibi.
n *Pamphilum*. & ſic plures ſtipulationes: vna de vna re: alia de alia: quia tot ſtipulationes, quot res: vt. ſ. eo. l. ſcire debemus.
o *Ex duabus*. quantū ad res quarum vna eſt vtilis, altera inutilis.
p *Stipulor*. pure, vel ſub conditione.
q *Et cum*. verè prædictæ cauſæ impediunt obligationem: nam eædem inducunt liberationem obligationis iam conſtitutæ.
r *Prophanam*. ſcilicet alienam.
ſ *Stichum*. ſcilicet alienum. quod dic vt infra eo. l. ſi ſeruum. §. j. & ij. Accurſius.
t *Facto*. large culpa & mora accepta.
u *Res*. ſcilicet promiſſa.
x *Si rurſus*. ſi, id eſt quamuis.
y *Ex libero*. vt. j. de ſolu. l. qui res. §. aream. & inſtit. de inuti. ſtipu. §. j. & facit. j. eod. l. liber homo. j. & de ſolu. l. ſi mihi alienum. & de adi. le. l. ſi ſeruus. in fin. Sed contra. ſ. de leg. iij. l. ſi chorus. §. fin. ſed ibi [c] fuit culpa heredis: quia ſeruum manumiſit. & quod dicit ibi in contrario, quòd ſeruus factus petitur: expone. id eſt A æſtimatio propter moram vel culpam heredis. alij quòd aliud in legato quàm in ſtipulatione.

c] Iſta eſt falſa, ſecūdum Ia.

z *Effectus ſit*. quod quibus modis contingat, dic vt inſtit. de iure perſo. §. pe.

erit. quod & in iudiciis Ariſto exiſtimauit. [a] Sed hic [b] magis eſt vt is petitus videatur, de quo actor ſenſit. Nam ſtipulatio [c] ex vtriuſque conſenſu valet: iudicium autem etiam in inuitum [d] redditur: & ideo actori [e] potius credendum eſt: alioquin [f] ſemper [g] negabit reus ſe conſenſiſſe.

**Si alternatiuè interroganti reſpondeatur de vno, vitiatur ſtipulatio in ſpecie: licet ſecus in ſummis: item ſecus ſi præcedat interrogatio copulatiua. Bart.**

B Si ſtipulante me Stichum aut Pamphilum, [h] tu vnum daturum te ſpoponderis: [i] conſtat non teneri [k] te, nec ad interrogatum eſſe reſponſum. Diuerſa cauſa eſt ſummarum: [l] veluti, *Decem aut viginti dari ſpondes?* hic enim & ſi decem ſpoponderis, recte reſponſum eſt: quia ſemper in ſummis id quod minus eſt, [m] ſponderi videtur. Item ſi ego plures res ſtipuler, Stichum puta & Pamphilum: [n] licet vnum ſpoponderis, teneris. videris enim ad vnam ex duabus [o] ſtipulationibus reſpondiſſe.

**Si res à commercio communi eximatur, ſuper ea obligatio non contrahitur: & contracta extinguitur: nec reuiuiſcit impedimēto ceſſante. ſecus ſi fructus nati perirent; aut ſi nauis reparandi animo diſſoluatur. tūc enim obligatio non extinguitur, ſed ceſſat: ideo reaſſumit effectum impedimento ceſſante. Barto.**

Sacram vel religioſam rem, vel vſibus publicis in perpetuum relictam, vt forum aut baſilicā, aut hominem liberū inutiliter ſtipulor, [p] quamuis ſacra prophana fieri, & vſibus publicis relicta in priuatos vſus reuerti, & ex libero ſeruus fieri poteſt. Nam & cum [q] quis rem profanā, [r] aut Stichū [ſ] dari promiſit, liberatur ſi ſine facto [t] eius res [u] ſacra eſſe cœperit, aut Stichus ad libertatem peruenerit: nec reuocantur in obligationem, ſi rurſus [x] lege aliqua & res ſacra profana eſſe cœperit, & Stichus ex libero [y] ſeruus effectus [z] ſit: quoniam [a] vna atq; eadem cauſa [b] & liberādi & obligandi [c] eſſet, quòd aut dari non poſſit, [d] aut dari poſſit. [e] Nam & ſi nauem [f] quam ſpopondit, [g] dominus diſſoluit, [h] & iiſdem tabulis compegerit: quia eadem nauis eſſet, inciperet obligari. [i] Pro quo & illud dici poſſe Pedius ſcribit: Si ſtipulatus fuero ex fundo centum amphoras [k] vini, expectare debeo donec naſcatur: & ſi

C natum ſine culpa promiſſoris cōſumptum ſit, rurſum expectare debeam donec iterum naſcatur, & dari poſſit: per has vices aut ceſſaturam [l] aut valiturā ſtipulationē. Sed hæc [m] diſſimilia ſunt. Adeo enim cū liber homo [n] promiſſus [o] eſt, ſeruitutis tempus ſpe-

a *Quoniam*. contra videbatur in ſuperioribus caſibus: quia ceſſante cauſa ceſſat effectus: & huiuſmodi ratiōis eſt probatio quod poſtea ſequitur: nam & ſi nauem, &c. &, Pro quo, &c. ſed hic non tenet hæc regula, ſcilicet ceſſante cauſa, &c. propter rationem hic poſitam. dic ergo quòd non reuocantur propter hanc rationem, ſcilicet quoniam, &c. & ſecundum hoc dic, vna cauſa eſſet liberādi, ſcilicet omnino re facta ſacra: & ſic oportet tranſiri de non eſſe ad eſſe. ſecus in naui & vino: quia ibi tranſitur de eſſe ad plus eſſe. vel dic aliter, non reuocantur in obligationem, ſcilicet hac ratione allegata, quoniam, &c. & hæc non eſt bona ratio quare debeat reuocari, & ſic eſt ratio remotiua.
b *Eadem cauſa*. contraria: vt. ſ. de do. inter vir. & vxo. l. mortis ſuę. vel eadem ceſſans. Azo. vel id eſt rei mutatio, ſecundum Al. Accur.
c *Obligandi*. quòd poſſit dari. Accurſius.
d *Non poſſit*. & ſic liberatur promiſſor, quia ſit liber ſeruus factus.
e *Aut dari poſſit*. & ſic teneatur promiſſor. R. & ſic redde ſingula ſingulis.
f *Et ſi nauem*. nunc inducit ſimilia propter quæ videtur res ſacra facta prophana, redire in obligationem ſicut nauis facta & refecta. vel eſt rationis prædictæ remotiuæ probatio. quaſi dicat, merito ob dictam cauſam, quia dicitur ceſſante cauſa ceſſare effectum, videtur obligatio reduci: nam & redit in naui & fructibus propter eandem rationem: & hoc eſt, nam, &c.
g *Spopondit*. non dominus.
h *Diſſoluit*. eo propoſito vt eam reficiat.
i *Obligari*. vt. j. eadem. l. §. & nauis. in fine. Accurſius.
D k *Centum amphoras*. non adiiciendo, quod ibi natum erit: vt ſupra de triti. vino & oleo. l. cum certus. & de contrahen. empt. l. ſi debitor. §. veriſimile. quæ ſunt contra. & facit ſupra de an. lega. l. legatum ita eſt. §. vini. & ſupra quando dies le. ce. l. Firmio. & ſupra de ali. & cib. leg. l. Lucius. & infra de ſtipul. ſer. l. vſufructu. & ſupra de condit. & demon. l. j. §. fina.
l *Ceſſaturam*. non ante extinguitur. ſic & . ſ. eo. l. ij. in fin. j. reſpon. & ſic egregie & proprie dicit.
m *Sed hæc*. reſpon. & remouet prædictam ex ſimilibus inductam probationē, & aſſignat in eiſdem diſſimilitudinem. oſtēdit namque quòd liberum hominem ſtipulari non poſſumus cum ſeruus erit, vel rem ſacram cum erit prophana: ſed nauem cum erit refecta, ſic, vel vinū quod naſcetur in tua vinea vſque ad. x. an. cauſam horum triplicem aſſignat: quia ea quæ natura ſui poſſibilia ſunt, deducuntur: quæ poſſibilitas non eſt in libero homine vel re ſacra, ſed naue & fructu ſic. Item quia aduerſam fortunā, &c. Item quia vinum in genere, homo in ſpecie promittitur. Accur.
n *Liber homo*. id eſt ſeruus qui eſt effectus liber. Accurſius.
o *Promiſſus*. quod videtur eſſe in ſuperiori caſu eo facto libero.

UNED

a *Dare*. quod eſt in naue & fructibus ſecus: vt ſi dicam, promittis nauem cum erit refecta?
b *Præſentis*. Prima ratio differentiæ.
c *Poſsibilia ſunt*. quæ poſſibilitas hic non reperitur. Accur.
d *Vini autem*. hæc eſt ratio ſecundæ differentiæ: vel aliam aſſignat diſſimilitudinem in fructibus. Accur.
e *Videmur*. ſupradicto caſu.l.r.ideoque non liberatur promiſſor vini vt promiſſor hominis, eo perducto ad libertatem: quia hic in ſpecie, ibi in genere ſtipulatur: genus autem perire nō poteſt: vt ſupra ad legem Fal. l.in ratione.§. incertæ. Accurſius.
f *Tempus*. quando naſcetur.
g *Caſum*. hæc eſt ratio tertia. Accurſius.
h *Neque naturale eſt*. quandoque contra: vt ſupra de fideicom.lib.l. generaliter. §. ſi homini. & facit ſupra de contrahen.empt.l.ſi in emptione.§.liberum.
i *Poſſunt*. in tempore quo conficitur ſtipulatio, natura vel iure non impediētē: ad quod eſt infra de ſtipu.ſeru.vſuſfruct.in fin. & inſtit.de inuti.ſtipu.in princ.
k *Mente*. aliam diſſimilitudinem aſſignat in naui ab homine: in quo non diſtinguitur qua mente manumittatur. ad cuius diſſimilitudinis probationem inducit de domo: & hæc eſt, ſicuti de ædibus,&c. nō tamen eſt omnino ſimile ei quod dicit de naui, id quod inducit de domo. vnde ſubiicit: ſed ſi vſq;,&c. Alij vt M. dicunt aliud eſſe in naui quàm in homine. ſed certe idē in naui dici poteſt quādoque. ſed certe tunc non eſſet bonum ſimile quod ſequitur de domo, ibi, ſicuti,&c. porro licet alia ſit domus in veritate vt hic, tamen in vtilitate eadē intelligitur. ſcilicet quo ad ſeruitutes ne pereat: vt.ſ.de ſerui.vrb.prædio.l. ſeruitutes.§. ſi ſublatum. Sed ne quis putaret inutile inquirere an ſit eadem nauis vel domus, remouet dicens, hic tractatus etiam ad prætorias,&c. vt euenit in ſtipulatione fructuaria. & facit.ſ.quibus modis vſusfruct. amit.l.quid tamen.§.j.&.§.in nauis.& de leg.iij.l.lana.§.naue.& de iudi.proponebatur.&.j.de ſolu.l.qui res.§.aream. Accurſius.

* ſint.

ſtandum non eſſe, vt ne hæc quidem ſtipulatio de homine libero probanda ſit, *Illum, cum ſeruus eſſe cœperit, dare* [a] *ſpondes?* item, *eum locum cum ex ſacro religioſoue profanus eſſe cœperit, dari?* quia nec præſentis [b] temporis obligationem recipere poteſt: & ea dumtaxat, quæ natura ſui poſſibilia ſunt, [c] deducuntur in obligationem. Vini autem [d] non ſpecies, ſed genus ſtipulari videmur: [e] & tacitè in ea tempus [f] continetur. Homo liber certa ſpecie continetur: B & caſum [g] aduerſámque fortunā ex ſpectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale eſt. [h] Nam de his rebus negotium rectè geremus, quæ ſubiici vſibus dominióq; noſtro ſtatim poſſunt. [i] Et nauis ſi hac mente [k] reſoluta eſt, vt in alium vſum tabulæ deſtinarentur: licet mutato conſilio perficiatur, [l] tamen & perempta prior nauis, & hæc alia [m] dicenda eſt. Sed ſi reficiendæ nauis cauſa omnes tabulæ refixæ [n] ſint, nōdum intercidiſſe nauis videtur: & compoſitis rurſus eadē eſſe incipit: ſicuti de ædibus [o] depoſita tigna ea mente vt reponantur, ædium ſunt. [p] Sed ſi vſque ad aream depoſita ſit, [q] * licet eadem materia reſtituatur, alia erit. [r] Hic tractatus [ſ] etiam ad prætorias ſtipulationes pertinet, quibus de re reſtituenda [t] caueatur, & an eadē res ſit quæritur.

l *Perficiatur*. id eſt reficiatur.
m *Alia*. ideoque & promiſſor liberatus intelligitur.
n *Refixæ*. id eſt diſſolutæ.
o *De ædibus*. forte promiſſis.
p *Sunt*. vt.ſ.de actio.emp.& ven.l.granaria.in fin. Accurſius.
q *Depoſita ſit*. vt.ſ.de actio.empt.l.granaria.in fine.
r *Alia erit*. hoc in domo ſpeciale, quia area eſt pars domus. Azo.ſed hic videtur magis ratio in contrarium.
ſ *Tractatus*. ſed ne quis putaret eſſe inutile hoc inquirere, ſit eadem domus vel nauis, remouet dicens: hic tractatus, ſcilicet qui dictus eſt de naui & de domo ſcilicet.
t *De reſtituenda*. proprietario à fructuario cum vſusfru.relictus erat, vel promiſſus erat ſub conditione: qua pendente ſi proprietarius domum depoſuerit, vt dictum eſt ſcilicet: quæri ſolet an eadem res ſit, an alia, vt proinde ſciatur an ad rem ipſam, an ad intereſſe teneri debeat, quaſi dolo deſiiſſet poſſidere: vt ſic ad exhibendum teneatur. M. ad quod eſt.ſ.qui.mo.vſusfruct.amit.l. repeti.§.fin.vel dic recte vt ſupra vſufru.quemadmo.caueat.l.j

Area pars domus dicitur.

A
u *Lucratiua*. puta ex donatione.
x *Lucratiua*. puta ex legato.
y *Domino*. ſcilicet eius rei quam eram ſtipulatus ab alio.
z *Stipulatio*. quia,&c. vt inſtitu.de leg.§.ſi eadem res.& ſupra tit. j.omnes. & de lega.j.l. ſi ſeruus.§. ij. &. §. Stichum. & infra de ſol.l. quotiens.ij.& de noua. l.fundum.

Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere circa eandē rem, niſi vna ſit reuocabilis. Bartolus.

Si rem quam ex cauſa lucratiua [u] ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucratiua: [x] euaneſcit ſtipulatio. Sed ſi heres extitero, domino [y] extinguitur ſtipulatio. [z] Si verò à me herede [a] defunctus [b] eam legauit. [c] poteſt agi ex ſtipulatu. [d] Idémque [e] eſſe & ſi ſub conditione legata ſit: quia & ſi ipſe [f] debitor [g] rem ſub cōditione legatam [h] dediſſet, [i] non liberaretur. [k] ſed ſi conditione deficiente remanſerit, [l] petitio [m] infirmabitur.

Res perempta, poſt mortem poteſt condici: & in ſtipulationem deduci. Bartolus.

Stichum [n] qui deceſſit, ſi ſtipuler: ſi quidem condici [o] etiam mortuus potuit, vt furi: [p] vtiliter me ſtipulatum Sabinus ait. Si verò ex aliis cauſis, [q] inutiliter: quia etſi deberetur, morte promiſſor liberaretur. Idē ergo diceret [r] & ſi mora facta [ſ] defunctum [t] ſtipularer. [u]

Licet ancilla deſinat eſſe prægnans: nihilo minus debet ſiſti in eadem cauſa. Paul. de Caſt.

C Si quis ancillam ſiſtere ſe in aliquo loco promiſerit, [x] quæ prægnans [y] erat: etſi ſine partu eam ſiſtat, in eadem cauſa eam ſiſtere intellegitur. [z]

Debitor ante lit. conteſt. poteſt moram purgare, & euitat pœnam ſolutionis vel intereſſe: non ſic poſt lit.conteſt.ſuper intereſſe vel pœna. Paul.

a *Herede*. ſcilicet qui debeo recipere rem ex ſtipulatione.
b *Defunctus*. qui dominus rei fuerat.
c *Legauit*. puta vt differat à ſequenti. Acc.
d *Ex ſtipulatu*. contra eum qui promiſit ex cauſa lucratiua: quia non videtur mihi quæſita res quæ penes me remanſura non ſit. ad quod eſt.j. de fur.à Titio.& no.de perſeuerātia. ad quod eſt.ſ. de leg.j.non quocunque.
e *Idémque eſt*. vt poſſit agi ex ſtipulatu.
f *Et ſi ipſe*. merito heredi re debita ſub conditiōe ab eo legata poterit agit cōtra promiſſorē ex ſtipulatu: quia etiam ſi ipſe debitor qui eſt heres, rem à ſe promiſſam ita legatam ſtipulatori ſoluat, non liberatur: multo magis ergo & ſi non ſoluat: & hoc eſt quia & ſi ipſe ſoluendo,&c.
g *Debitor*. qui eſt heres. Accurſius.
h *Legatā*. ſcilicet à ſe.
i *Dediſſet*. ſcilicet creditori. Accurſius.
k *Non liberaretur*. quia exiſtente cōditione legati, mea creditoris ſcilicet eſſe deſiit. M. & ideo ſtatim ago: vt infra de ſolu.l. cum quis. §.qui hominem.

Vide Nomocan.tit. 4.c.10.

l *Remanſerit*. ſcilicet penes ſtipulatorem cui ſoluta eſt. Accur.
m *Petitio*. ex ſtipulatu cōtra promiſſorem.& facit ſupra de condi.inde.l.ſub conditione.
n *Stichum*. ſi ſtipulor tradi, non dari: quia meus erat: vt dixi ſupra eo.l.ſcire.§.fin. Accurſius.
o *Condici*. quod poteſt fieri mortuo eo poſt moram: vt ſupra de conſtit.pecu.l.promiſſor Stichi.aliâs non valet: vt ſupra eo.l. D ſcire.§.fina. Accurſius.
p *Vt furi*. quia ſemper eſt in mora: & mora trahit ad ſe periculum ante nouationem.ad quod eſt.ſ.de condic.fur.l.pe.&.fin.
q *Ex aliis cauſis*. mora vera vel præſumpta non interueniente. Accurſius.
r *Diceret*. vt valeat ſtipulatio. Accurſius.
ſ *Facta*. Not. aſſimilari moroſum & furem, quod facit ad interitum: vt no.ſ.eo.l.cum filius.§.fi.& facit.ſ.de iureiur.l.eum qui.§.j.& quod ibi not.&.C.de contrahen.ſtip.l.non moriturum. Acc.

Moroſus & fur aſſimilātur.

t *Defunctum*. ſeruum. Accurſius.
u *Stipularer*. animo purgandi moram. M. quæ non placet. imò æſtimatio debetur, & non purgatur mora. Accurſius.
x *Promiſerit*. vt dominus noxali conuentus. Accurſius.
y *Prægnans erat*. quæ habet exceptionē: vt.ſ.ſi quis cau.l.ij.§.ij.& facit.ſ.ſi ex noxa.cauſa aga.l.j.§.j.& ſi quis cau.l.ſi quis quenquā.
z *Intelligitur*. & ideo non tenetur ex ea ſtipulatione. & facit infra de ſolu.l.ſi mihi. Accurſius.

SI *inſulam*.] CASVS. Promiſiſti mihi facere inſulam intra duos annos: tu permiſiſti tranſire vnū annū: ita ꝙ nō potes amplius intra

intra tẽpus promiſſum ædificare. quæritur, vtrum poſſis moram purgare? Diſtinguitur: aut ego ſum litem conteſtatus contra te: & non potes amplius te purgare à mora. aut nõ ſum adhuc litem conteſtatus: & tunc ædificando potes moram purgare. Franc.

a] Falſum & ineptum. ſignificat enĩ domum ſpatioſiorem. Cont.

a *Si inſulam*. id eſt domum in mari, [a] quæ eſt quaſi inſula: & dicitur inſula, quaſi in ſalo, id eſt in ſalſo poſita, ſecundum Iſidorum.

b *Non ſim*. ſi nihil intereſſet mea: vt infra. e. l. ſi ita quis promiſerit. §. Seia. & facit ſupra de penu. leg. l. j. in fin. j. reſpon. & ſupra mand. l. ſi hominem. & de conſti. pe. ſed & ſi alia. &. ̃s. eo. l. interdum. §. fin. &. l. exiſtimo. §. fin. &. l. qui Romæ. §. item quæro. &. ̃j. iudi. ſol. cum quærebatur. §. proinde. & infra. eo. d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ſed contra ſupra. eod. l. ſtipulationes non diui. §. plane. Solu. ibi fuit pœna appoſita, hic nõ. vel ſecundũ M. illa trahitur ad iſtam.

c *Placet*. quaſi mora purgata.

d *Si ædifices*. ad hoc vt libereris à præſtatione intereſſe. ſic & quando ius meum eſt factum deterius: vt dixi. hoc autem fallit. ̃s. de publica. l. hoc edicto in prin.

*Fl. ſecutionẽ. Hal. admittat partis executionẽ.

[N executione.] CASVS. Iſta eſt pulchra & elegãs lex, & ponit quatuor ſpecies obligationum. Nam prima ſpecies eſt, ſiue executio, quando res deducta in ſtipulationẽ, poteſt peti diuiſim. exemplũ ponitur ibi in. §. Prima ſpecies. & eſt quãdo pecunia promittur. ratio eſt: quia ſtipulator mortuo quilibet heres peteret pro parte ſua hereditaria: vel promiſſore mortuo à ſingulis heredibus exigi poterit pro parte hereditaria. Secunda ſpecies eſt, quando res deducta in ſtipulationẽ, non poteſt diuidi: vt cum opus teſtator iuſſerit fieri: quia quilibet heres tenetur in ſolidum. vſque ibi. §. quòd ſi ſtipulatus. Ponit exemplũ primæ ſpeciei, non ſecundæ: & dicit ad cõfirmationem primi dicti: quia ſi Titius promittit Seio, per ſe aut per heredẽ ſuum non fieri quo minus ei ire agere liceat: & ſi aduerſus ea factũ fuerit, pœnam promittit Titius: moritur ipſe Titius relictis pluribus heredibus. vnus eorũ prohibet Seiũ ire agere. certe propter vnius prohibitionẽ cæteri coheredes omnes tenentur: ille tamẽ qui prohibuit, tenetur cæteris coheredibus ideo quia venit contra promiſſum. Secunda ſpecies eſt huic primæ directè contraria, ſcilicet quando totũ peti neceſſe eſt: nec diuiſionem recipit executio obligationis: vt quando teſtator præcipit fieri per heredes ſuos aliquod opus alicui. Nam executio obligationis non poteſt diuidi in partes. id eſt effectus operis. Eſt tertia ſpecies, quãdo res in parte peti poteſt: ſed non poteſt niſi tota ſimul ſolui: exemplũ: Titius promiſit mihi hominẽ incertũ. moritur relictis tribus heredib[9]. poſſum à quolibet partẽ hominis petere: ſed ſolui nõ poteſt niſi totus ab vno, vt liberetur: quamobrẽ ſi cæteri ſoluãt alias partes hominis, bene eſt. ſi nõ: iſte qui partẽ ſuã ſoluit, cõuenietur pro reliquis partibus. Eſt & quarta ſpecies, quando aliquid quod promiſſum eſt, petendũ eſt in ſolidũ: tamẽ ſolutio poteſt diuidi. exemplũ: Titius vendidit mihi fundum, & promiſit de euict. moritur relictis tribus vel pluribus heredibus. venit quidam tertius, qui vult fundum à me euincere. de iure debeo denuntiare omnibus heredibus vt me defendere veniant. ſi tamen euictus fuerit à me fundus: quilibet heredum ſoluendo pro parte liberabitur. vſq; ibi, Itẽ ſi. iſtud eſt exemplũ tertiæ partis: & ſatis clarum. vide text. [QVICVNQVE.] Titius promiſit mihi centũ ſub cõditione ſi Seius ad nundinas veniret. vidẽs iſte Titius verſutus homo quòd Seius venire vellet ad nundinas. & ſic impleretur cõditio: doloſe perſuaſit Seio ne iret ad nundinas. quæritur, an nihilo minus mihi teneatur ipſe Titius in centũ? Reſpõdetur ꝙ ſic: quia ꝑ ipſum ſtetit quo minus conditio impleretur. Fran.

LXXXIIII. IDEM *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum*.

SI inſulam [a] fieri ſtipulatus ſim, & tranſierit tempus quo potueris facere: quamdiu litem cõteſtatus non ſim, [b] poſſe te facientem liberari placet. [c] quod ſi iam litem conteſtatus ſim: nihil tibi prodeſſe ſi ædifices. [d]

Obligatio dandi certam quantitatem, eſt diuidua quo ad obligationem & ſolutionem: obligatio faciendi, vel non faciendi, eſt penitus indiuidua.

LXXXV. IDEM *libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum*.

IN executione obligationis ſciẽdum eſt quatuor cauſas eſſe. [e] Nam interdum eſt aliquid quod à ſingulis heredibus diuiſum conſequi poſſumus: aliud quod totũ peti neceſſe eſt, nec diuiſum præſtari poteſt: aliud quod pro parte petitur, ſed ſolui niſi totum non poteſt: aliud quod ſolidum petendum eſt, licet in ſolutionem admittat ſectionem. * Prima ſpecies pertinet ad promiſſorẽ pecuniæ [f] certæ. nam & petitio & ſolutio ad portiones hereditarias ſpectat. [g] Secunda ad opus quod [h] teſtator fieri iuſſerit. [i] nam ſinguli heredes in ſolidum tenentur: quia operis effectus in partes ſcindi non poteſt. Quòd ſi ſtipulatus [k] fuero, *per te heredẽmve tuum non fieri quo minus eam*, [l] *agam*: [m] *ſi aduerſus ea factum ſit, tantum dari?* [n] & vnus ex pluribus heredibus promiſſoris me prohibeat: verior eſt ſententia exiſtimantium vnius facto omnes teneri: quoniam licet ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor: ſed cæteri familiæ erciſcundæ iudicio ſarcient [o] damnum.

Obligatio generalis & alternatiua eſt diuidua quo ad ſolutionem. Bartolus.

B Pro parte autem peti, ſolui autem niſi totum [p] nõ poteſt, veluti cum ſtipulatus ſum hominem incertum. nam petitio eius ſcinditur: ſolui verò niſi ſolidus non poteſt: [q] alioquin in diuerſis hominibus rectè partes ſoluentur: [r] quòd nõ potuit defunctus facere ne quod ſtipulatus ſum, conſequar. [ſ] Idẽ iuris eſt & ſi quis decẽ milia aut hominem promiſerit. [t]

Denuntiatio debet fieri cuilibet heredi in ſolidum: item defenſio non diuiditur, ſed intereſſe diuiditur. Bartolus.

C In ſolidum verò agi [u] oportet, & partis ſolutio adfert liberationem, cum ex cauſa euictonis intendimus. nam auctoris [x] heredes in ſolidum denuntiandi ſunt, omnéſque debent ſubſiſtere, & quolibet defugiente omnes tenebuntur: ſed vnicuique pro parte hereditaria preſtatio [y] iniungitur.

Stipulatio pœnalis adiecta obligationi dandi etiam certæ ſpeciei pro ſolido committitur, niſi ſolidum detur. Bartolus.

Item ſi ita [z] ſtipulatio facta ſit, *ſi fundus Titianus* [a] *datus non erit*, [b] *centum dari?* [c] niſi totus detur, pœna committitur centum: nec

e *Quatuor cauſas eſſe*. formales in inſtituendo & exigendo, ſecundum quam formam debet peti & exigi. M.

f *Pecuniæ certæ*. idem in certa ſpecie promiſſa, vt Stichum.

g *Spectat*. ſiue ſtipulator, ſiue promiſſor deceſſerit. & facit. ̃s. eod. l. ij. in prin. Accurſius.

h *Secunda ad opus quod*. vbi neq; petitio neque executio diuiditur. M. idẽ in omni ſeruitute, excepto vſufructu: vt ̃s. eo. l. ij. in prin. &. ̃s. ſi ſer. vin. l. loci corpus. §. ſi fundus. in fin. §. Acc.

i *Iuſſerit*. ſcilicet heredibus.

k *Quòd ſi ſtipulatus*. quòd, pro ſed. [b] & ſic accipe quòd nõ teneretur in ſolidum: vt. ̃s. & ſic nõ eſt hoc exemplũ ad præmiſſa: ſed ad primum membrum. & facit. ̃s. eo. l. ij. §. item ſi in facto. & famil. ercíſ. heredes. ̃s. in illa. &. l. inter coheredes. §. quod ex facto. Accurſius.

b] Iſta reprobatur ꝑ Bar. poteſt tamẽ eſſe vera quantum ad pœnam, vel intereſſe. Alex. & Iaſ.

l *Eam*. per iter. Acc.

m *Agam*. per actum.

n *Dari*. puta centum nomine pœnæ. Accur.

o *Sarcient*. circa hoc plene diximus ſupra eo. l. ij. in princ. Accur.

p *Niſi totum*. id eſt in totum. Accurſius.

q *Non poteſt*. vt liberetur: ſed ſoluta ſua parte conueniuntur alij: & ſi ſoluant in eadem re, bene eſt. aliàs ipſe idem conuenitur: vt ſupra eo. l. ij. §. j.

r *Soluentur*. ab heredibus. M.

D ſ *Conſequar*. aliàs eſt non conſequar. & aliàs deeſt non.

t *Promiſerit*. nam ſolutis. v. in pendenti eſt: vt ſupra de condict. indebi. ſi non ſortem. §. pe. & facit infra de ſolu. l. qui hominem. &. l. ſi ſtipulatus. §. j.

u *In ſolidum vero agi*. id eſt denuntiari: vt dicit in exemplo, & ſic improprie.

x *Auctoris*. id eſt venditoris.

y *Præſtatio*. euictionis forte duplæ, vel eius quod intereſt: vt. ̃j. eo. l. cum ex cauſa. &. ̃s. de euict. l. ſi rem quæ. §. j. & facit. ̃s. depo. l. ſi duo heredes. &. ̃s. ſi ſer. vind. l. loci. §. ſi fundus. j. reſpon.

z *Item ſi ita*. hoc reſpicit tertiam ſpeciem, in qua pro parte petitur ſolui: ſolui autem niſi totum non poteſt. Accurſius.

a *Titianus*. in huiuſmodi datione nõ habetur diſtinctio diuidui [c] & indiuidui, ſicut habetur in faciendo: vt not. ̃s. eo. l. v. §. fi. Acc.

b *Non erit*. qui dari promiſſus erat, vel nec etiam promiſſus.

c *Dari*. quãdo ipſe fundus eſſet promiſſus. ſic ſupra de actionib. empt. l. Lucius. ſed hoc caſu neque ad fundũ, cum non ſit in obligatione, neque ad pœnam prodeſt: vt infra eo. l. ita ſi ſtipulatus. vel dicas fundum fuiſſe in promiſſione. Accurſius.

c] Approbatur per Bar. Pau Alexan. Areti. in. l. 4. §. Cato ̃s. eo.

UNED

a *Prodeſt*. quin pœna committatur in totum. diſtinguit tamẽ Io. aut volenti & ſpontaneo creditori pars vna ſoluta ſit, quo caſu pœna committitur pro parte: an etiam decepto creditori, vt cum debitor diceret ſe ſtatim vel proximè ſoluturum aliam partem, rogat vt creditor ſub hac ſpecie accipiat illam partem, & poſt nõ ſoluit aliã. nam hoc caſu cõmittitur pœna in ſolidum, & tamen in ea computandum eſt pretium ſolutæ partis. verbi gratia, promiſi fundum valentem. xl. & ſi non ſoluerem, promiſi pœnã. c. ſolui ego medietatem fundi creditori decepto: vt dictũ eſt. commiſſa eſt in ſolidum pœna. c. ſed tamen in illis. c. computabitur pretium medietatis ſolutę. ſ. xx. iniquum enim eſſet & rem poſſidere, & pœnã exigere: vt ſupra de except. do. l. apud Celſum. §. Labeo. & de pact. reſcriptũ. §. ſi pacto. Item ſi aliquis de heredibus non conſentiat, cõpellitur per iudicem, vel per ſortem: vt. C. cõmunia de leg. l. fin. vel ſtatur maiori parti. arg. ſupra de pact. maiorem. Azo.

* ſtipulatione. e. §. i.

b *Partem*. debiti.

c *Soluere*. vt ſupra ſi quis cau. l. ſi ſeruus. & C. de luitio. pi. l. j. & . ſ. fam. erciſc. heredes. §. in illa. & . C. de diſtract. pigno. l. quamdiu. Accur.

† quo ſua ſit.

prodeſt[a] partes fundi tradere ceſſante vno, quemadmodum non prodeſt ad pignus liberãdum partem[b] creditori ſoluere.[c]

Nota hic optimam regulam, quòd quãdo ſtat per eum qui futurus eſt obligari per euentũ conditionis, quo minus conditio eueniat, perinde tenetur ac ſi conditio eueniſſet. Paulus.

Quicunque ſub conditione[d] obligatus curauerit ne conditio exiſteret, nihilominus[e] obligetur.

LXXXVI. VLPIANVS *libro ſeptuageſimonono ad Edictum.*

QVod dicitur,[f] tot ſtipulationes eſſe, quot res: ibi locum habet, vbi res exprimũtur[g] ſtipulationi.* cęterum ſi non fuerint expreſſæ, vna eſt ſtipulatio.

Nota hic quòd ſicut non valet ſtipulatio rei meæ: ita nec rei quę non eſt mea, ſed cõfertur in tempus quo erit mea. Paul.

LXXXVII. PAVLVS *libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.*

NEmo rem ſuam futuram in eum caſum, qua † ſua fit,[h] vtiliter ſtipulatur.[i]

d *Sub conditione*. ſi ſtipulator aſcenderit Capitolium. Accurſius.

a] Iſtã gl. ſequuntur Alex. & Iaſ. & eſt ſingu. ſecudũ eoſdẽ.

e *Nihilominus*. hoc fallit[a] quando licet impedire: vt ſi viceris me iaculum iaciendo. hoc autem quod hic dicitur, ideo eſt, ne ex dolo ſuo lucretur: vt. j. de regu. iur. in iure. Accurſius.

QVod dicitur.] CASVS. Dictum eſt ſupra eo. titu. l. ſcire debemus. quòd tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res deductæ in ſtipulationem. Quæritur, vt hoc dictum locum habeat, quomodo concipienda ſit ſtipulatio. Reſpondetur, quòd hoc modo: Mæui dabis mihi ſeruum Stichum, & centum aureos, & equum tuum ruffum? ille reſpondet, dabo. certe hic ſunt tot ſtipulationes quot res. ſed ſi iſtæ tres res eſſent poſitæ in vno loco ſimul, & diceret ſic: dabis mihi omnes res iſtas? tunc tantũm eſt vna ſtipulatio: quia non ſunt hic ſingulariter expreſſæ: ſicut ſupra fuerunt diuiſim deſignatæ. Franc.

f *Quod dicitur*. vt ſupra eod. l. ſcire debemus. & ſupra de euict. l. cum plures. & infra eo. l. Titia. in fin. & . l. pluribus. in prin. & facit ſupra de lega. ij. quotiens. in fin. Accurſius.

g *Exprimuntur*. nominatim, & etiam copulatiue: veluti cum ſtipulor, rem iſtam dabis, & iſtam & illam, &c. non autem exprimuntur, veluti, dabis omnes res iſtas.

NEmo.] CASVS. Titius legauit mihi Stichũ ſeruum ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. veni ad heredem Titij: & dixi ei, promittis mihi quòd dabis mihi ſeruum Stichum ſi nauis ex Aſia venerit? heres dicit: promitto. nunquid iſta ſtipulatio eſt vtilis? reſpondetur quòd non: quia nihil plus conſequitur legatarius per hanc ſtipulationem, quàm conſequeretur per actionem ex teſtamento. Franciſcus.

h *Sua ſit*. ex lucratiua cauſa. ſecus ſi ex non lucratiua: vt. j. tit. j. ſi is qui Stichum. ſed nõ ſufficit expoſitio hæc: nam legatarius rem ſibi ſub conditione legatam ſtipulatur ab herede in eum caſum quo ſua futura ſit, & ex cauſa lucratiua: vt. ſ. vt leg. no. caue. l. j. §. ſi quis ſub condi. & ideo dic vtiliter ſtipulari vt plus. ſcilicet cõſequatur per ſtipulationẽ. neq; enim legatarius plus conſequitur per illam ſtipulationẽ quàm actione ex teſtamento: & ſecundũ hoc erit bonũ[b] exemplũ, vt ſi res erat tibi legata ſub cõditione, & ſtipuler eam ſub eadẽ cõditione. M. vel dic[c] vt ſi ſtipuler partum ancillæ meæ prægnantis: vel ſub cõditione legatæ à teſtatore, dandum à me herede, ſtipuler in eum caſum quo conditio defecerit, ſecundum M. & facit. ſ. eo. l. ſcire debemus. §. fin. Accur.

b] Imò erit malũ Barto. Ale. & Iaſ.
c] Reprobatur per prædictos.

i *Stipulatur*. vt ſi ſtipulor à te rem aliquam ſi erit mea.

A MOra rei.] CASVS. Titius promiſit Mæuio hominem Stichum: & vt certiorem faceret creditorem, dedit Sempronium fideiuſſorem. Titius iſte interpellatus vt ſolueret ſeruum iſtũ, fuit in mora: poſt hoc Stichus ſeruus moritur. quæritur hic, vtrum fideiuſſor teneatur poſt rei interitum: ſicut ipſe reus Titius qui fuit in mora ſoluẽdi? Et reſpõdetur quòd ſic, quia mora rei nocet fideiuſſori. ſi vero Sempronius fideiuſſor ſeruum obtulit, & reus Titius moram fecit, mortuo ſeruo erit ipſi fideiuſſori ſuccurrendum. Sed ponam* quòd iſte fideiuſſor ſeruum occidit: certe reus principalis liberabitur, & ipſe fideiuſſor ſolus poterit ex ſtipulatione cõueniri. Franc.

* Dinus & Alexan. hic reputãt iſtũ tex. ſingu. ad hoc propoſitũ, quod licet mora prĩcipalis debitoris noceat fideiuſſori: tamen hoc non eſt verũ niſi creditor prius fuiſſet cõſtitutus in mora à debitore. Bolo.

Mora rei nocet fideiuſſori, niſi creditoris mora quoad fideiuſſorem præceſſerit: mora tamen fideiuſſoris ipſi ſoli nocebit. Bart.

LXXXVIII. IDEM *libro ſexto ad Plautium.*

MOra* rei, fideiuſſori[k] quoque[l] nocet. ſed ſi fideiuſſor ſeruum obtulit,[m] & reus moram fecit: mortuo Sticho, fideiuſſori ſuccurrendum eſt. Sed ſi fideiuſſor hominem occiderit, reus liberabitur:[n] fideiuſſor autem ex

B ſtipulatione conueniri poteſt.[o]

Verba præſentis temporis, ad futura non trahuntur. Paulus.

LXXXIX. IDEM *lib. 9. ad Plautiũ.*

SI à colono[p] cui fundum in quinquennium locauerã, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero: *quidquid te dare facere oportet?* non amplius in ſtipulationem deducitur, quàm quod iam dari oportet. in ſtipulatione enim deducitur quod iam dari oportet. ſi autem adiiciatur, *oportebit ve*: etiam futura[q] obligatio deducitur.

Litis conteſtatio curſum vſurarum non impedit. Bartolus.

k *Fideiuſſori*. non tamen ſic vt fideiuſſoris augeatur obligatio: vt ſupra de eo quod cer. lo. l. centum. ſed vt producatur. id eſt vt tranſeat cõtra fideiuſſores, & etiam contra heredes: vt. j. eo. l. ſi ſeruũ. nunc. & facit. ſ. de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. j. & . l. mora. §. fin. & . j. de fideiuſſo. l. ſi à colono. §. j. Accurſius.

l *Quoque*. vt ſi promiſiſti Stichum, & dediſti fideiuſſorem, & fuiſti in

C mora. nam aduerſus te & eum obligatio perpetuatur. Accurſius.

m *Obtulit*. ante moram rei, vt innuit, idem ſi poſt: nam moram rei purgauit. Alij, vt Hug. dicunt, poſt moram rei. aliàs ſecus: vt. j. eo. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & . ſ. de peri. & commo. l. illud.

n *Liberabitur*. interitu ſpeciei, cum in mora non eſſet. Accur.

o *Conueniri poteſt*. quia in totam cauſam fideiuſſit: vt infra. l. iij. §. nunc videamus. nam licet reo liberato fideiuſſor ſtricta ratione liberetur, hoc tamen caſu ex æquitate adhuc tenetur fideiuſſor ex ſtipulatu vtili. ſed videtur de dolo actione teneri: vt ſupra de dolo. l. ſi fideiuſſor. quæ eſt contra. Solu. hic de æquitate vtili ex ſtipulatu: ibi de rigore de dolo. vel dic ex ſtipulatione, id eſt propter ſtipulationem datur de dolo. vel hic poſt ſuam moram, ibi ante occidit: vnde priſtina teneri non potuit, cum reus ea eſſet liberatus: tenetur ergo de dolo. & plene dic vt ibi not. & facit infra de ſolu. qui decem. & ſupra eo. l. cum filius. Accurſius.

SI à colono.] CASVS. Locaui tibi vineam meam per. x. annos, ita vt quolibet anno dares mihi. x. ſcuta. tranſactis tribus annis ſtipulatus ſum à te hoc modo: promittis mihi ſoluere quod debes ex locatione vineæ meæ? tu dicis: promitto. quæritur, quid in hanc ſtipulationem eſt deductum? certe tantũ triginta ſcuta quæ debentur mihi pro tribus annis præteritis: & non futura penſio vineæ. Si autem volo deducere in ſtipulationem penſionem futurorum annorũ: debeo addere in ſtipulatione: promittis dare quod debes ex tali locatione, vel in futurum debebis? tunc etiam futura penſio comprehendetur in hac ſtipulatione. Franc.

D

p *Si à colono*. vt omnes fructus eſſent ſui, & certa pecunia mihi daretur.

q *Futura*. id eſt cuius effectus eſt de futuro: ipſa tamen præſens eſt, ſi eſt in diem. & facit infra de verbo. ſignifi. verbum oportere. & ſupra eo. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j.

CVm ſtipulati.] CASVS. Mutuauit tibi quidam vſurarius centum ducatos: ita vt omni mẽſe ſolueres ſibi pro vſuris quinque ducatos. poſt paucum tẽpus venit ad te. vt colorem det vſuris ſuis, ſtipulatur à te quinq; ducatos nomine pœnæ & loco vſurarũ ſoluendos omni menſe quo in ſolutione ceſſaueris. poſt hoc facit te in ius vocari propter ſortẽ. nunc quæritur, vtrum durante iudicio per aliquot menſes, pœna iſta debeatur? Reſpon. quod ſic. dubium erat huius legis: quia cœpto iudicio videbatur facta nouatio, & videbatur ſtipulatio pœnæ eſſe perempta: ſed ſecus eſt,

eſt,vt hic,& C.de iudi.l.j.Sed hæc.l.iure nouiſſimo, quo vſuræ omnino prohibitæ ſunt,locum nõ habet vllo modo. Sunt enim à Chriſtiano homine penitus extirpandæ vſuræ: vt ne quidẽ vllum veſtigium remaneat quæſtus infeliciſſimi.Fran.

a *Cũ ſtipulati*.verbi gratia dixi,promittis mihi.c.& vſuras quatuor denariorum omni mẽſe quo ceſſaueris in ſolutione, vel pœnam quatuor denariorũ pro omni libra? Accur.

b *Pro vſuris*. id eſt loco vſurarum.Accur.

c *Pœnam*.non excedẽtem legitimas vſuras.

d *Adhuc tamen*. licet nouatio iudicis interceſſit: vt Cod.de vſuris rei iudic.l.fin. & Co.de iudi.l.j.& erat hic ea dubitatio quæ ibi: quia [a] videbatᵉ nouatio facta.

a]Bene erat nouatio:ſed nõ talis per quã prima actio tollere tur.P.& Ale.

e *Non eſſe*. non enim ita nouatur vt tollatur prima: ſed durat, vt & omnis eius acceſſio.

### XC. POMPONIVS *libro tertio ex Plautio.*

CVm ſtipulati [a] ſumus pro vſuris [b] legitimis pœnam [c] in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit: etiam ſi ſortis obligatio in iudicium ſit deducta, adhuc tamen [d] pœna creſcit: quia verum eſt ſolutam pecuniam non eſſe. [e]

Re perempta, vel à communi commercio exempta,tenetur debitor ſi mora vel culpa præceſſit ipſius, vel eius qui ab eo cauſam habet.Bar.

### XCI. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Plautium.*

SI ſeruum [Stichum] ſtipulatus fuero, & nulla mora intercedente ſeruus deceſſerit: ſi quidem occidat eum promiſſor, expeditum eſt. [f] Sin autem negligat infirmum, [g] an teneri debeat promiſſor, * quærentibus, conſiderandum eſt: vtrum quemadmodum in vindicatione hominis, ſi neglectus à poſſeſſore [h] fuerit, culpæ huius nomine tenetur poſſeſſor: [i] ita & cum dari promiſit: [k] an culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciẽdo [l] [quidem] accipienda ſit, non in non faciendo: [m] * quod magis probandum eſt: quia qui dare promiſit, ad dandum, non [ad] faciendum tenetur. Sed ſi ſit quidem res in rebus humanis, ſed dari non poſſit, vt fundus religioſus puta vel ſacer factus, vel ſeruus manumiſſus, vel etiam ab hoſtibus ſi capiatur: culpa in hunc modum diiudicatur, vt ſi quidem ipſius promiſſoris res vel tempore ſtipulationis vel poſtea fuerit, & quid eorum acciderit, [n] nihilo minus teneatur. Idẽmque fiat [o] & ſi per alium poſteaquam ab hoc [p] alienatus ſit, id cõtigerit. [q] Sin autem alienus fuit, & ab alio tale quid accidit, non tenetur: quia nihil fecit: [r] niſi ſi poſteaquam moratus eſt [ſ] ſolutionem, aliquid huiuſmodi acciderit. quã diſtinctionem & Iulianus ſequitur. Item ſi homo qui fuit promiſſoris, [t] ex præcedenti cauſa in .ſ. ſequitur. ꝙ ſcilicet ſi homo promiſſus moriatur culpa debitoris, ꝙ perpetuetur obligatio? Reſpond. ꝙ eſt illa poteſtas: quia licet homo periit,tamen adhuc peti poteſt: licet quis pretiũ eius cõſequatur. Itẽ poteſt huius hominis mortui promiſſori acceptum ferri: & fideiuſſor pro ea obligatione accipi poteſt. Item talis obligatio poteſt etiam nouari ſi expreſſe dictum ſit inter partes vt nouetur obligatio.Fran.

*I ſeruum.*] CASVS. Promiſit Titius mihi Stichum ſeruum qui non interueniẽte mora mortuus eſt. an promiſſor teneatur? diſtinguitur: quia ſi non fuit cauſa mortis ſuæ, non tenetur. ſi vero eũ occidit,nõ liberatur. quid autem erit? promiſſor ſeruum iſtum non occidit: ſed cum infirmus eſſet, eum neglexit. an teneatur? Reſpondetur quòd ſic. vide gloſſ. ſuper verbo,in non faciendo.& ponit text. argumenta pro & contra: quæ ſatis clara ſunt. [SED ET SI.] Promiſi tibi certum fundum. Iſte fundus factus eſt religioſus. vtrũ nihilo minus tibi tenear dare fundum? certe diſtinguitur. Nam ſi iſte fundus erat meus tempore ſtipulationis,vel poſt,ante tamẽ quàm religioſus fieret: ſi poſt fiat religioſus per me, tenebor tibi.& pone in aliis exemplis,quæ ponit textus. ſi autem ego promiſi tibi fundũ alienum,& per alium factus eſt religioſus: tunc nõ tenebor tibi, niſi moram fecero in ſoluendo. [ITEM SI HOMO.] Gloſſ. ponit caſum. [DE ILLO.] Titius inſtituit me heredem in omnibus bonis ſuis: in quibus bonis erat vnus ſeruus: poſtea idem Titius fecit codicillos in quibus iuſſit vt reſtituerem ſeruum iſtum Sempronio.ego neſciẽs à me hoc eſſe petitum per teſtatorem, occidi ſeruum iſtum. vtrum nihilo minus tenear Sempronio? Reſpõ. ꝙ ſic. [SEQVITVR.] Eſt vetus & approbata regula in iure: quotiens quis moram facit, perpetuatur obligatio. ſed hæc regula recipit tales limitationem, ſiue diſtinctionem. Nam ſi promiſſor ipſe eſt cauſa moræ, quia occidit hominem promiſſum: tunc tenetur: quia occidit: nec poteſt moram purgare. ſi vero tantũ moram fecerit in ſoluendo,& extat res prõmiſſa: poteſt poſtea offerendo moram purgare. hoc enim eſt ex bono & æquo. quã ſententiam hic multum laudat Paulus iuriſcõ.& Celſus ſimiliter & Iul. & ponit argu. à ſimili in ſi.§.quod declara vt in glo. ſuper verbo, par.per.l.ij.ſ.ne quis eũ qui in ius vo.vi.exi.& eſt iſte pulcher. §. [NVNC VIDEAMVS.] Dictum eſt.ſ. proxi. §. qualiter obligatio perpetuatur per moram: & qualiter mora poteſt purgari. in hoc.§. oſtenditur per quas perſonas perpetuetur obligatio, ad quorũ onus perpetuetur obligatio.& breuiter reſpõdetur ꝙ poteſt perpetuari obligatio propter moram cõmiſſam à principali promiſſore: & etiã tranſit contra heredes ſuos. Itẽ poteſt perpetuari per fideiuſſorem: & etiam in eius heredes tranſit. [AN FILIVS.] Paterfamilias filio ſuo iuſſit vt promitteret ſeruum Stichum Sempronio. filius ſecundũ iuſſionem patris promiſit. poſtmodum iſte filius occidit Stichũ promiſſum. quæritur vtrũ obligatio perpetuetur contra patrẽ? Reſpon. ꝙ ſic: quia pater cenſetur eſſe in hac obligatione quaſi acceſſorius: ſicut.ſ.proxi.§. dictum eſt, ſcilicet ꝙ obligatus acceſſorie perpetuat obligationem. [EFFECTVS HVIVS CONSTITVTIONIS.] Quæreret aliquis quis eſt effectus. i. poteſtas illius conſtitutionis.ſ.in.ſ. ſequitur.

* Fl.promiſſor conſiderantibus, vtrum.

f *Expeditum eſt*. vt teneatur: [b] vt infra.§. ſequitur. primo reſponſo.& ſupra eod.l.ſi ex legati.in ſi.Accur.

b] Actione ex ſtipulatu vtili ſi debitũ ſit pure. Alex.Are. & Ia.

* Haloã. an nõ faciẽdo.

g *Infirmum*. ideoque mortuus ſit.Accur.

h *A poſſeſſore*. bonæ fidei.Accur.

i *Poſſeſſor*. etiam bonæ fidei poſt litem cõteſt. vt.ſ.de rei vindic.l. qui petitorio.§. qui in rem.& .l. ſi vero cuſtodiendus.&.l.ſi homo.Acc.

k *Promiſit*. nomine culpæ teneatur.ſ.negligentiæ nomine.Acc.

l *In faciendo*. ſcilicet ſi occiderit, vel cauſam mortis præbeat.Acc.

m *In non faciendo*. puta in non curando, id eſt non medicando: in quo culpã non eſſe accipiendam probat cum ſubiungit: quia qui dare pro.&c.& ſic accipeᶜ quod magis &c.ſcilicet ꝙ culpa non ſit in non faciendo tantum ſed in faciendo: ſcilicet occidendo.& pro hoc.ſ.de here. vendi.l. venditor.ij.§.at cum.verſicu.quemadmodum. vel dic ſecundum Ioann. ᵈ quòd magis ſit probandum vt in negligendo culpa admiſſa ſit: & ſic teneatur.& pro hoc.ſ.de ædil.edic.quod ſi nolit.§ ſi mancipium.ibi,culpam &c.&.ſ.de vſur.l.videamus. in princi. &.ſ.de petitio.here.ei qui.§.cum prædia.& de conſtitu.pecu.qui autem.§.ſi quis.Item pro hoc quod dicitur de legato,aliàs: nam circa legata ᵉ conſideratur heredis culpa in prætermittendo, & diligentia in faciendo ea quæ diligens faceret: & propter vtrunque tenetur: vt ſupra de lega.j.l.cũ res.§.penul.&.l. quid ergo.§. ſi heres.Item pro hoc.ſ.ad Syll.l.iij.§.ij.quæ omnia ſunt ar. contraria primæ poſitioni: & quod ſubiicit, quia &c. eſt ratio quare erat dubitandum: non quare hoc ſit probandum.

c]Reprobatur per Bart. P.Alex.Are. & Ia.

d]Glo.ſequitur Imo.P. Ale.& Ia.

e] Approbatur per Bart. Ang.Imo. Ale.& Ia.

n *Acciderit*.per eum qui rem promiſit.Irn.ſcilicet ſi culpa promiſſoris acciderit: ſecus ſi ante ſcilicet moram moriatur: vt in argumento contra.ſ.tit.j.l.is qui.

o *Idẽmque fiat*. ſ. vt teneatur, vt fortaſſe per eum qui poſt emit, vel aliter ᶠ adquiſiuit: quoniã ſuo facto videtur id accidiſſe, cum poſt promiſſionem alij tradidit: vt.ſ.de rei vindi.l.Iulia. ſcribit,ſi hominẽ.& inſti.de leg.§.ſed ſi alij.& rẽ ra.ha.l.ſi indebitum.§.ſi.

f] Sequitur Bal.Alex.& Are.

p *Ab hoc*.promiſſore.

q *Contigerit*.vt manumiſſus ſit, vel aliquid prædictorum contigerit.ſed contra.ſ.eod.l. inter ſtipu.§. ſacram.ſolu.hic de ſuo: ibi de alieno: vt & hic ſubiicit,ſi autem &c.Accur.

r *Fecit*.ſcilicet dolo vel culpa. ſed nonne in alieno poteſt cõmitti culpa: vt.ſ.de le.j.cum res.§.itaque.verſi.ſed ſi alienus? Itẽ in ſuo poteſt non eſſe culpa,vt quia præmio fiat liber cõtra domini voluntatem: vt C.qui.ex cau.ſer.pro præmio liber. acci. l.j? Reſpon.hic & ſuperiori dicto reſpexit frequentiã.argu. ſupra de leg.& ſenatuſcon.l.nã ad ea.ſi tamen in alieno eſt culpa,tenetur: vt.l.cum res.de lega.j.& ſi in ſuo non eſt, non tenetur: vt infra.§. proxi.frequenter enim cõtingit vt in ſuis ſit culpa, in alienis nõ: & facit ad hæc & ſequentia.j.de ſolu.l.ſi mihi alienum. &.l. qui res.& inſti.de le.§.ſi res legata.&.§.ſi vero.&.ſ.tit.j. l. ſi is qui. & quod not.ſ.de condic.indeb.l.Neratius.& ad Trebel.l. quidam. §.ſi quis filium.& qui & à quibus.l.heres ſeruum.& de lega. j. ſi quis inquilinos.§.j.

ſ *Moratus eſt*.id eſt diſtulit.

t *Promiſſoris*.tempore ſtipulationis.

a *Fuerit*.ante moram.Accur.
b *Quòd*.id eſt quia.Accur.
c *Statuliber*.Exemplum:promiſi tibi dare Stichum: poſtea quidam me inſtituit,& Sticho legauit libertatem ſub conditione. ſi exiſtente conditione Stichus fuerit liber:non teneor.Accur.

u *Perpetuam obligationem*.mora,vel etiam culpa.
x *Quibus*.i.ad quorum onus.Accur.
y *Producant*.i.perpetuent.Accur.
z *Obligationem*.faciendo ſcilicet moram.Accur.
a *Acceſſores*.i.fideiuſſores.

A

ſa ablatus ei fuerit, [a] quòd [b] ſtatuliber [c] fuit: perinde habendus ſit,ac ſi alienum promiſiſſet: quia ſine facto ipſius deſiit eius eſſe.

De illo † quæritur, an & is qui neſciens ſe debere occiderit, teneatur: [d] quod Iulianus putat [e] in eo, qui cum neſciret à ſe petitum [f] codicillis vt reſtitueret, manumiſit.

Vltima mora nocet: & in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.

B

Sequitur [g] videre de eo quod veteres conſtituerunt, quotiens culpa interuenit debitoris, perpetuari [h] obligationem: quemadmodum intelligendum ſit. Et quidem ſi effecerit promiſſor quo minus ſoluere poſſit, expeditum intellectum habet conſtitutio. [i] Si verò moratus ſit tantum, [k] [hic] hæſitatur, an ſi poſtea in mora non fuerit, [l] extinguatur [m] ſuperior mora. Et Celſus adoleſcens ſcribit, eum qui moram fecit in ſoluẽdo Sticho, quem promiſerat, poſſe emẽdare eam moram [n] poſtea offerendo. eſſe enim hanc quæſtionem de bono [o] & æquo: [p] in quo genere plerumque ſub auctoritate iuris [q] ſcientiæ, pernicioſè (inquit) erratur.* Et ſanè probabilis hæc ſententia eſt, quam quidem & Iulianus ſequitur. nam dum quæritur de damno, & par [r] vtriuſque cauſa ſit: quare non potior † ſit qui tenet,quàm qui perſequitur? [ſ]

C

Mora principalis obligationem perpetuat quo ad ſe, & fideiuſſores,& eorum ſucceſſores: mora fideiuſſoris quo ad ſe, & ſucceſſores ſuos. Bar.

Nunc videamus in quibus perſonis hæc conſtitutio [t] locum habeat. quæ inſpectio duplex eſt: vt primo quæramus quæ perſonæ efficiãt perpetuam obligationẽ, [u] deinde quibus [x] eam producãt. [y] Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem: [z] acceſſores [a] *[autem] an perpetuent, dubium eſt. [b] Pomponio perpetuare [c] placet. Quare enim facto ſuo fideiuſſor ſuam obligationem tollat? [d] Cuius ſententia vera eſt. Itaque [e] perpetuatur obligatio tam in ipſorum [f] quàm ſucceſſorum † ſuorum perſona. Acceſſoribus quoque ſuis, id eſt fideiuſſoribus, [g] perpetuant [h] obligationem, quia in totam cauſam [i] ſpoponderunt.

Mora filij perpetuat obligationem contra patrem. Bar.

An filiusfamilias qui iuſſu patris promiſit,occidẽdo ſeruũ producat [k] patris obligationẽ, videndum eſt. Pomponius producere putat: ſcilicet quaſi acceſſorẽ [l] * intelligens eum qui iubeat.

In obligationibus dandi res perempta poſt moram durat in obligatione quo ad petitionem, acceptilationem & nouationem. hoc dicit. Bar.

Effectus [m] huius conſtitutionis [n] ille eſt, vt adhuc homo peti poſſit. [o] Sed & acceptum [p] ei poſſe ferri creditur, [q] & fideiuſſorem accipi eius obligationis [r] nomine. Nouari autem an poſſit hæc obligatio, [ſ] dubitationis eſt: quia neque hominem qui non eſt, neque pecuniam [t] quæ non debetur, ſtipulari poſſumus. Ego puto nouationem fieri poſſe, [u] ſi hoc actum [x] inter partes ſit. quod & Iuliano placet.

D

Ex ſtipulatione continente factũ perſonale ſtipulatoris, poteſt heres agere ſi de ipſo facta eſt expreſſa mentio. Pau.

d *Teneatur*. & magis eſt ꝙ teneatur.Azo.
e *Putat*. ſcilicet vt teneatur: vt inſtit. de leg. §.ſi res legata.verſicu. ſi vero heredis.Accur.
f *Petitum*. hominem. Sed quomodo eũ manumiſit ſiue pure, & ſic legatarij, ſiue ſub conditione legatus erat: & tunc non poteſt manumittere: vt ſupra qui & à quibus. l. generaliter. §. j. ſed dic quòd heredis erat. Sed tũc oppo. ſ.qui & à quibus. l. heres. ſed reſpond. heres nihil ibi agit quin teneatur ad æſtimationẽ: ſed libertas tenet. & facit hic quæſtionẽ quã ibi ſupra de condic. indebi. l. in ſumma. §. ſi ſeruũ. & ibi ſol. ſecundum Ioan. ADDITIO. Dic quòd ibi lõquitur in alia actione. Barto. Aret.
g *Sequitur*.cum in ſpeciebus certis de culpa locuti ſimus: ſequitur vt videamus in genere. Accurſius.
h *Perpetuari*. quantum ad hoc vt non liberetur interitu ſpeciei, ſecundũ R. ſic ergo perpetuatur, id eſt perpetua remanet, ſi prius erat perpetua. ſi autem prius erat tẽporalis: & tunc erit ſimile [a] fieri, id eſt remanere: vt ſupra de iudi.l.Iul.
i *Conſtitutio*. vt teneatur: vt quia occidit: vt ſupra ea.l.in princip. & mora non purgatur. aliàs non conueniret ſequentibus.
k *Moratus ſit tantum*. & poſtea obtulit.
l *Non fuerit*. quia ſoluere voluit.
m *Extinguatur*. oblatione.
n *Eam morã*. ad quod facit.ſ.de pericu.& cõmo.l.illud. &.ſ.eo.interdum.§.fi.& ſi quis cau.l.& ſi poſt tres.& C.de fideiuſ.l.ſancimus.&.ſ.de conſtitu.pec.l.ſed & ſi alia. & de condic.fur.l.parui.Sed contra.l.fi.de condi. fur. ſed ibi litẽ ſuſcipere,non rem reddere volebat.Accur.
o *De bono*.quamuis enim ſtricto iure pœna commiſſa eſt,& ſtrictum ius dicit eum omnino teneri poſt moram:ſed quia æquum eſt taliter eundem hanc pœnam euadere,ſi obtulit, tale eſt ac ſi non fuiſſet in mora.Accur.Floren.ll.doc.
p *Et æquo*.non ſtricti iuris,vt teneatur adhuc.
q *Iuris*.ſcilicet ſtricti.
r *Par*.id eſt ſimilis:vt ſupra ne quis eum qui in ius vocatus. l.ij. & de mino.l.verum.§.fi.& de vſur.l.j.in fi.&.j.de reg.iur.l. quotiens in vtriuſque.
ſ *Perſequitur*.non video.
t *Hæc conſtitutio*.quæ de perpetuanda obligatione loquitur.Acc.
t *Hæc conſtitutio*.id eſt conſtitutum veterum:vt.ſ.proxi.§.

b *Dubium eſt*. an eorũ facto perpetuetur.Acc.
c *Perpetuare*. in ſuam perſonam.Accur.
d *Tollatur*. occidendo ſcilicet.
e *Itaque*.dixit quę perſonæ efficiãt perpetuã: nũc incipit quibus producantur.
f *Ipſorum*.debitorum, vel fideiuſſorum.
g *Fideiuſſoribus*.ſcilicet ſecundis.
h *Perpetuant*. ſcilicet fideiuſſores primi.& ad hoc.j.de fideiuſſ.l.Græcè.§.fi.
i *Cauſam*. hos articulos duos, ſcilicet quæ perſonæ perpetuent,& quibus producãtur: nõ plene ꝓſecutus eſt: vnde ſciẽdũ ꝙ principalis debitor morã adhibens perpetuat [b] obligationẽ tam cõtra ſe & ſucceſſores ſuos,quàm cõtra acceſſores, id eſt fideiuſſores & heredes eorũ. at fideiuſſor contra ſe & ſucceſſorẽ ſuũ, non contra reũ: vt hic, & ſupra eod.l. mora. §. fin.&.§.pen.& ſic patet contra quos perpetuatio fit.Et contra perpetuat ſtipulator, vel ꝓcurator eius denunciãs promiſſori: vt ſupra de pet.her.item veniunt.§. petitam. vel eorum geſtor: [c] vt ſupra de vſur. l.ſi quis ſolutioni.§.fin.
k *Producat*.i.perpetuet.
l *Acceſſorẽ*. id eſt mandatorẽ.ad quod eſt.ſ.e. l.cũ filius.ij.reſpõ.&.ſ. de hered.ven.l.qui filiifa.in glo.ij.Accur.
m *Effectus*. quæreret aliquis, quæ eſt vtilitas huiuſmodi conſtitutionis? ad quod reſpon.
n *Huius conſtitutionis*. veteris: vt.ſ.§.ſequitur.in princip.
o *Poſſit*. poſt moram filij mortui. ſed cũ adhuc in obligatione ſit:quomodo poteſt pretiũ conſtitui:vt ſupra de cõſti.pecu.l.promiſſor? Reſpõ.quia & non debitũ pro debito poteſt cõſtitui:vt.ſ.de conſti.pec.l.j.§.an poteſt.vel dic,quaſi debitum eſt:cum agendo ad hominem,pretium conſequar.Ac.Flo.
p *Sed & acceptum*.patri propter factum filij.Accur.
q *Creditur*.præcedente nouatione,id eſt Aquiliana ſtipulatione: quæ an fieri poſſit,ſequitur:nouari autem &c.
r *Obligationis*.quod iuſſu.Accur.
ſ *Obligatio*.qua pater nomine filij teneatur.Accur.
t *Nec pecuniam*.i.intereſſe.& ſic not. intereſſe non eſſe in obligatione:vt dixi.ſ.de actio.emp.l.j.in prin.
u *Poſſe*.ſiue hominem ſiue pretium ſtipuler animo nouandi: vt ſ.de conſti.pecu.l.promiſſor.
x *Si hoc actum*.vt nouetur.& facit.j.de noua.l.ſi rem aliquam.

S*I ita ſtipuler*.] CASVS. Iſta lex cũ ſequenti planæ ſunt, & in. l. triticum.glo.ponit caſum.Fran.Accur.

† Alex. hic dicit iſtum tex.ſing. & alibi non reperiri adhoc quòd licet debitor ſciẽs peccans in faciendo,vel in negligendo teneatur vt in prin. noſtræ legis & idem ſi ignorãs peccauit faciendo illicitum actum: aliàs autem non, ſi iuſte ignorauit: per. l. quod te. cũ ibi not. ſ. ſi cer. pet. tamen hoc vltimum fallit in hærede,qui obligatur ex cauſa lucratiua. nã licet peccet ipſe etiã ignoranter faciendo actum licitũ, tamen tenetur.Bo.

* Sic & Ci. lib. i. Offic. exiſtunt,inquit ſępe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida iuris interpretatione.

a] Approbatur per Barto.Imo.Pau. Alex.& Ia.

† potentior. Flo.

* acceſſiones.Flo.

† Flo. ſucceſſorum eorũ. acceſſionibꝰ quoque &c.

b] Per interitum. Angel.

* acceſſionẽ Flo.

c] Quando denuntiatur vt creditor ſoluat:& debitor & creditor ſunt eiuſdem fori. Barto.& Ange.

a *Heredi.* ſi fuerit prohibitus: licet & ego fuerim impeditus: vt infra eod l.ſi ſic.vel licet factum meum continere tantum videatur, quòd ego colligens impediar. idem eſſet & ſi nomen heredis adiectum non eſſet: vt ſupra de proba.l.ſi pactum. Accurſius.

b *Datur actio.* quaſi dicat non tantum mihi viuenti ſi prohibear, actio datur: ſed heredi meo datur exceptio.

XCII. IDEM *libro octauodecimo ad Plautium.*

SI ita ſtipuler: *per te non fieri quo minus mihi heredíque meo vindemiam tollere liceat?* etiam heredi [a] datur actio. [b]

Electio eſt creditoris, ſi verba executiua referãtur ad eum. Bar.

XCIII. IDEM *libro tertio ad Vitellium.*

SI ſic ſtipulatus fuero: *per te non fieri quo minus hominẽ ex his quos habes, ſumam?* [c] electio mea erit. [d]

Incertitudo vitiat ſtipulationẽ, niſi ex coniecturis probabilibus declaretur. Bartolus.

B

XCIIII. MARCELLVS *libro tertio Digeſtorum.*

TRiticũ dari [e] oportere ſtipulatus eſt aliquis. [f] facti quæſtio eſt, [g] non iuris. igitur ſi de aliquo tritico cogitauerit, [h] id eſt certi generis, certæ quantitatis: id habebitur pro expreſſo: alioquin ſi cum deſtinare genus [i] & modum vellet, [k] non fecit: nihil ſtipulatus † videtur, [l] igitur ne vnum quidem modium.

Qui ſtipulatur opus fieri: debet locum exprimere vbi, & talem quòd interſit ſtipulatoris. Bart.

XCV. IDEM *libro quinto Digeſtorum.*

QVi inſulam fieri ſtipulatur: ita demum adquirit obligationem, ſi apparet quo in loco fieri inſulam voluerit: ſi & ibi inſulam fieri [m] intereſt eius.

Si debitor occidit ſeruum debitum ex iuſta cauſa: eſt ac ſi alius occidiſſet ſine ſua culpa vel dolo: ſi prius non erat in mora. Paul.

c *SI ſic. Sumam.* id eſt eligam.

d *Electio mea erit.* videtur quòd contra me fieri deberet interpretatio in ambiguo: ſed nõ eſt ambiguum. & facit infra de regul. iur. l. in ambiguis. Sed an heres meus poterit eligere? argumentũ quòd non, ſupra eod. ſi ſtipulatus fuerim illud. Vel dic cõtra vt ibi, & argu. ſupra de leg. j. ſi ſic. §. fi. Acc.

e *TRiticum dari.* Vt tollas infinitas ambages quas hic not. dominus Ioan. & omnia ſine ſcrupulo vel dubietate procedant, dic caſum. Stipulatus ſum à vobis triticum. facti eſt quæſtio: quia quæritur de quo intelligatur. nam ſi habito reſpectu ad pręcedentem contractum, cogitauimus de certo: vt verbi gratia ſi mutuaui tibi triticum bonum: & de illo cogitauimus: valet ſtipulatio: & id habetur pro expreſſo. & hoc in prima. Vltimo dicit quòd ſi ſtipulor triticum, non cogitando de aliquo certo, nec ex præcedẽti contractu: non valet ſtipulatio. Accurſius.

Caſum ponit.

† Bart. hic induc it iſtum tex. ad hoc quòd incertitudo vitiat ſtipulationẽ tu autẽ dic eſſe ſecus de æquitate canonica: quia ſemper petere poterit vt declaretur arbitrio boni viri. ita no. Archi. ſingu. in c. ſunt nõnulli. 1. q. 1. & Anton Bu. in. c. ex parte ex tra de deci. & Alexã. ſing. in. l. ita ſtipulatus. la grande. ſ. de verbo. obli. in. 3. col.

e *Triticum.* id eſt ſegetes, ſiue bladum. [a] eſt enim generale nomẽ ad omne id qđ in area ſeritur. alio modo appellatur per excellentiã frumentum. Tertio modo dicitur meleca, &c.

a] Barto. in. l. 1. §. de eo. in fi. iſtam glo. ad hoc allegat, quòd bladum eſt omne id qđ in terra ſeritur: & aliàs Pe. de Rauẽ. in ſuo alphabeto, in verbo, bladum. vidit de hoc dubitari.

f *Aliquis.* non deſignato modo, vel genere.

g *Quæſtio eſt.* cum quæritur an valet ſtipulatio talis. M.

h *Cogitauerit.* ſtipulator, promiſſore forte hoc intelligente. vel dic cogitauerit vterque: quod in idem recidit: veluti cum certũ triticum mutuum dediſſet, informiter ſibi triticũ dari ſtipuletur. nam de eo ſtipulari videtur: cum ea quæ in pręfationibus, &c. vt infra eo. l. Titio. & arg. ſ. ſi certum peta. l. cum quid mutuum.

i *Genus.* puta Africum. vel dic, hordeum puta.

k *Vellet.* in ſtipula. vel pręfatione: & dic modũ. id eſt quantitatẽ.

l *Videtur.* idem eſt ſi nudam traditionem facio, poſtea determinaturus tit. & cauſam traditionis: & aliqua ex cauſa impeditus id non fecero. M. & facit infra eo. ita ſtipu. & ſupra de vſur. quòd in ſtipulatione. &. C. de do. pro. l. j.

QVi inſulam.] CASVS. Si quis ſtipuletur ſibi inſulam fieri: debet locum deſignare in quo fieri eam vult: aliàs non valet ſtipulatio. Franc. Accurſius.

m *Inſulam fieri.* quia locus ſtipulantis eſt, non alterius: inuentæ ſunt enim, &c. vt inſtit. de inutil. ſtipu. §. alteri. & ſupra eo. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. cum enim in facto eſt: ſi intereſt, agit: aliàs nõ: vt hic, & ſupra de re iudic. ſi quis ab alio. in fi. & facit ſupra de eo quod cer. lo. l. iij. §. ſi quis inſulam. & ſic not. duo fore neceſſaria vt valeat hæc ſtipulatio.

QVi ſeruum.] CASVS. Promiſi tibi ſeruum meum Stichum: poſtea inueni eum adulterantẽ vxorem meam. occidi eum. vtrum tenear tibi? Reſpon. quòd non. Franc.

n *In facinore.* vt ſi adulterare vxorem ſuam inuenerit. & facit infra de fideiuſſo. l. capitis. ſupra de pigno. ſeruum quem. & de lega. j. quid ergo. j. §. ſi heres. & ſupra de pigno. actio. l. eleganter. in fin. & infra de ſolu. l. qui ſibi. §. fin.

A

SI ita ſtipulatus.] CASVS. Stipulatus ſum à te quòd ſeruum tuum ſiſteres in iudicio: & ſi non ſiſteres, promiſiſti hippocentaurum. hippocentaurus eſt animal fictũ, nunquam viſum in rebus humanis. certe habebitur hæc ſtipulatio ac ſi ſolummodo promiſiſſet ſeruum ſiſti ſine hippocentauro.

XCVI. IDEM *libro duodecimo Digeſtorum.*

QVi ſeruum mihi ex ſtipulatu debebat: ſi in facinore [n] * eum deprehenderit, impune eum occidit: nec vtilis actio erit in eum conſtituenda.

Stipulatio inutilis non nouat præcedentem vtilem. Paul.

XCVII. CELSVS *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

SI ita ſtipulatus fuero, *te ſiſti? niſi ſteteris,* † *hippocentaurum dari?* proinde erit atque * te ſiſti ſolummodo ſtipulatus eſſem. [o]

Qui promittit ſe ſoluturũ pro alio, promittit factũ: ideo ſuccedit obligatio ad intereſſe: ſecus in eo qui ſe daturum promittit. Bart.

Poſſum [p] vtiliter à te ita ſtipulari: *Titij nomine* [q] *te ſoluturũ?* [r] neq; enim hoc ſimile eſt illi, *Titium daturũ?* [ſ] ſed ex ea ſtipulatione, dum intereſt mea, agere poſſum: [t] & ideo ſi locuples [u] ſit Titius, ni hil ex hac ſtipulatione conſequi poſſim. Quid enim mea intereſt [x] id à te fieri, quod ſi nõ feceris, æquè ſaluam pecuniam habiturus ſum?

C

Inter ſponſum & ſponſam non valet promiſſio ex cauſa lucratiua, quæ in matrimonij tempus confertur. Bartolus.

*Si tibi* * *nupſero, decẽ dare ſpondes?* cauſa cognita denegandã actionẽ puto: nec raro [y] probabilis cauſa huiuſmodi ſtipulationis eſt. Item

[POSSVM VTILITER.] Certũ eſt quòd nemo poteſt alteri ſtipulari. Quid autem eſt ſi hoc modo dicam: Titi promittis mihi decem quæ mihi debet Mæuius? iſta ſtipulatio valet: quia poſſum agere ad intereſſe ſi nõ ſatisfecerit. ſi tamẽ Męuius pro quo promiſit Titius, eſt locuples: nihil poſſum à Titio petere. nihil enim intereſt mea dari à Titio, cum Mæuius ſit ſufficiens. [SI TIBI NVPSERO.] Vide gloſ. ſuper verbo, raro. Franciſcus.

* adulterio l. marito. j. ad l. Iul. de adulter. ſic Græci interpretantur.

† ſtiteris. * atque ſi.

o *Eſſem.* pro non adiecto enim habetur, cum nihil ſit: & ideo ad intereſſe agitur ex ſtipulatu: vt & infra eod. l. ſi ſtipulatus fuero. §. fin. & ſupra eodem. l. quotiens quis. inutilis ergo adiectio non vitiat. ratio legis eſt: quia ſi ſecunda teneret, tolleretur prima iure nouationis: vt ſupra titu. j. l. obligationum fere. §. fina. verum eſt iure iſto: hodie ſecus: vt C. de noua. l. fin. §. fina. nunc autem quia non tenet, non nouat: vt infra de noua. l. nouatio autem.

* Scribẽ. no. iſtũ textũm pro ſing. ad hoc quòd pactum appoſitum per mulierẽ de lucrando aliquid ſi cõtraheret matrimonũ cũ tali: non valet: & hoc ſanè debet intelligi vt adhibeatur cauſę cognitio. Bolo.

p *Poſſum.* not. quòd in iſto. §. not. differentia inter iſtas ſtipulationes, ſcilicet quando ſtipulor te curaturum quòd mihi decem ſoluantur: & illam, promittis te illi daturum.

q *Nomine.* qui decem mihi puta debet.

r *Soluturum.* ſubaudi ſi non curaueris illũ mihi ſoluere: vt. ſ. e. l. illa. §. j. & ſic non obeſt. C. de fideiuſſo. l. iure noſtro. & l. nõ recte. bene enim curas ſi reum locupletem das: vt. d. l. illa. Accur.

D

ſ *Daturum.* id eſt cum ſtipulor illi te daturum. videbatur autem ſimile: quia ſicut hæc eſt inutilis quando alteri ſtipulor: ita hæc quando promittis alium daturum. ſed certe non alium ſed te daturum promittis.

t *Agere poſſum.* neque minus ex illa, illi te daturum, ſi mea interſit: vt ſupra eo. l. ſi ſtipul. iſta. §. ſi ſtipulet. verſi. ſi quis inſulam. & infra eo. l. liber homo. ij. §. fin.

u *Locuples.* & per omnia idoneus: & etiam ex facilitate conueniendi. quid enim ſi aberat vltra mare: vt arg. ſupra qui ſatiſdare cogantur. l. ij. in principio?

x *Intereſt.* quare [b] non videtur ſe obligare, niſi in caſu cum debitor tuus ad inopiam peruenit. M. & facit. ſ. de re iudic. l. ſi quis ab alio. & j. eo. l. decem & l. ſi quis ſtipula. §. fin.

b] aliàs, quaſi.

y *Nec raro.* ſi habes, raro: dic bene dico denegari cum cauſæ cognitione: non vero indiſtincte. nam quandoq; valet, & frequenter. quando ergo valet, & quando non? Reſpon. ſi ex cauſa dotis & donationis propter nuptias fiat, valet ante matrimonium & poſt: vt. C. de donat. ante nup. l. ſi conſtante. Item pro arris matrimonij contrahendi: vt. C. de ſponſa. l. mulier. Item in caſu,

UNED

ſi vir à muliere eo modo non in dotem ſtipulatus eſt. [a]

Quando eſt impedimentũ mixta conſideratione rei & perſonæ, valet ſtipulatio ſi impedimentum ceſſat tempore exiſtentis conditionis. Bartolus.

XCVIII. MARCELLVS *libro vicenſimo Digeſtorum.*

Exiſtimo poſſe id quod meum eſt, ſub conditione [b] ſtipulari: item viam ſtipulari ad fundum poſſe, quanquam interim fundus nõ ſit meus. [c] aut ſi [d] hoc verum non eſt, [e] & alienum fundum ſub cõditione ſtipulatus fuero, iſq; ex lucratiua cauſa meus eſſe cœperit: confeſtim perimetur ſtipulatio. [f] Et ſi fundi [g] dominus ſub conditione viam ſtipulatus fuerit, [h] ſtatim fundo alienato euaneſcit ſtipulatio: [i] & maximè [k] ſecundũ illorũ opinionem, qui etiã ea quæ rectè conſtiterunt, reſolui putãt [l] cum in eum caſum reciderunt à quo non potuiſſent conſiſtere. [m]

Stipulatio facti habẽtis factum ſucceſſiuum, committitur ad particulare intereſſe ſtatim quando quis fuit in mora inchoandi: licet non tranſiuerit totum tempus quo potuit perfici. Barto.

Ex hac ſtipulatione, *inſulam fulciri ſpondes?* quãdo naſcatur actio, quæritur. Et vtique non eſt expectandum vt ruat. Nec enim nihil ſtipulatoris [n] intereſt, fultam potius eſſe, quàm non eſſe: nec tamen rectè [o] agetur ſi nondum præterierit temporis tantum, quo B fulcire potuerit redemptor.

Obſcuritas omnimoda vitiat ſtipulationem: & ſi poteſt interpretari, interpretatur pro promiſſore: ſed vbi verba ſunt clara, interpretationẽ non recipiunt. Bar.

XCIX. CELSVS *libro trigenſimooctauo Digeſtorum.*

Quidquid [p] † aſtringendæ obligationis eſt: [q] id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intellegendum eſt: ac ferè ſecundum promiſſorẽ [r] interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit verba latè [ſ] cõcipere: nec rurſum [t]

---

quem habes.j.eo.l.ex ea.§.j.Item ex cauſa donationis inter ſponſos: vt ſupra de dona.inter virum & vxo.l.fi. Econtra non valet A quando donatio fit in caſu futuri matrimonij: vt hic,&.C.de donat.ante nup.l.quod ſponſæ. Vt enim ipſam mulierem non poſſum ſtipulari: vt.j.eod.l. Titia.&.C.de inuti.ſtipul.l.ij.ita nec in conditione alterius ſtipulationis poteſt apponi.ſed Io. dixit non valere etiam ſi cauſa dotis vel donationis propter nuptias fiat, ſi proponatur cõditio ſi nupſero: vt hic.& dic nec raro,id eſt nũquam. aliàs litera eſt: nec rara,&c. quã expone vt ex prædictis patet.

Promiſſio ex cauſa lucratiua an & quando valeat inter ſponſum & ſponſã,quãdo cauſa illa lucratiua in matrimonij tempus confertur.

a *Stipulatus eſt.* ſcilicet actionem denegãdam, dico repete ſecundum ea quę in contrario caſu modo dixi.Accur.

*Exiſtimo.*] CASVS. Habeo fundũ quẽdam: quem timeo forte perdere: ideo volo mihi prouidere: & ſtipulor à te hoc modo: Titi promittis mihi dare fundũ talẽ qui nunc meus eſt, cũ meus eſſe deſierit? an talis ſtipulatio valeat? Reſpõ.quòd ſic. Itẽ poſſum à te ſtipulari viã ad fundũ aliquẽ qui tẽpore ſtipulationis nõn eſt meus: & hoc probat duob9 exẽplis.Primo ſi hæc ſuperiora vera non ſunt: ſequeretur quòd ſi ſtipulatus ſim fundum alienum ſub conditione, & pendente conditione interim mihi donatus aut legatus ſit, C quòd perimeretur ſtipulatio: quod tamen eſſet inconueniens: cum poſſit fundus ille iterum non meus fieri. Aliud exemplum ponit ibi, ſed ſi,&c.& eſt tale: quia ſi prędicta vera non eſſent, ſequeretur quòd ſi dominus ipſe fundi ſtipularetur viam ſub conditione, quòd fundo alienato extingueretur ſtipulatio: eſt tamen & hoc inconueniens,&c. [EX HAC STIPVLATIONE.] Pone caſum vt ſupra eo.l.ſi ita ſtipulatus eſſem.Franc.

b *Cõditione.* ſi deſierit eſſe mea: vel ſi nauis ex Aſia venerit: vt &.ſ. eo.l.ſi rem.& de leg.j.cætera.§.tractari.verſi.ſed ſi ſub cõditione.

c *Non ſit meus.* quia poteſt fieri meus, & non erit tunc ſeruitus conſtituta, ſed debita: vt in contra.ſ. communia prædi.l.j.Sed obiicitur: ſi ſtipulatio nõ capit vires ex præſenti,nullius momẽti eſt: vt &.j.de ſtipu. ſer.l.vſusfruct. Reſpon. hoc verum eſt cum viribus deficitur ratione perſonæ: ſecus ſi ratione rei: vt hic.

d *Aut ſi.* nam ſi ſupradicta non poſſent fieri: ſequeretur quem non poſſe ſtipulari ſub conditio. quod inconueniens eſſet.

e *Non eſt.* quòd valeant prædictæ ſtipulationes.aliàs deeſt non: & tunc dic, quod ſi hoc,&c. ſcilicet quòd valet ſtipulatio prædicta. & in idem recidit. ſi non valeat dico, hæc inconuenientia D ſequuntur.Accurſius.

f *Stipulatio.* quod inconueniens eſſet. M. cum poſſet fieri non meus exiſtente conditione.Item ſequitur hic aliud inconueniẽs: quia ſi fundi,&c.

g *Sed ſi fundi.* ponit aliud exemplum inconuenientis.

h *Stipulatus fuerit.* fundo ſuo.

i *Stipulatio.* ſimiliter, quod verum non eſt: cum exiſtente conditione poſſit eſſe ſuus.

k *Maximè.* ſequitur inconueniens.Accurſius.

l *Reſolui putant.* generaliter,cum fallat: vt.j.eo.pluribus.§.& ſi placeat.& infra de reg.iur.l. in ambiguis. §.j. ita quòd ibi qui ſtipulatur viam ſub cõditione fundo ſuo,alienato fundo ante cõdi. non irritatur ſtipulatio medio tempore inter factam ſtipulationem, & conditionis euentum, cum meus ſit cum condi. extiterit, quia in ſtipulatione tempus contractus inſpicitur: vt.j.eod. continuus.§. cum quis.&.j.de ſtipu.ſeruo.l. vſusfruct.& facit.ſ. de ſerui.pro parte.& facit.ſ.eo.l.ſi filius.in prin.Accur.

m *Conſiſtere.* quod falſum eſt,id eſt quæ regula non eſt vera ſemper.Accurſius.

n *Nihil ſtipulatoris.* aliàs eſt, nonnihil intereſt: id eſt aliquid intereſt: cum nemo inhabitare velit. aliàs deeſt nihil, & tunc dic, bene dico non expectari poſt ruinam: quia ſi id expectaretur, vt dicebant quidã,ergo non cõmitteretur: quia ſicut non cõmitteretur ea fulta & poſtea ruente,ſic & ea non fulta: & ſic non intereſſet fulta vel nõ fulta: quod non debet eſſe.

o *Nec tamen rectè.* quãti interſit perfectam eſſe: ſed non inchoatam: vt ſupra eod. ſtipulationes.ij.§.ſi quis.& facit ſupra eod. ſi ita ſtipulatus eſſem.

*Quidquid adſtringenda.* Pone caſum ſecundum glo.ij. ſuper ver.dictum. [SI STIPVLATVS.] Sum à te ſtipulatus centum ſi intra annum Romam non ieris. non poſſum agere niſi anno præterito. Franciſcus.

p *Quidquid.* dic quòd quidquid fuit ſtipulatione vallãdum: ſi non eſt ſtipulatione vallatum,habetur omiſſum: aut certe ſi obſcurum eſt,interpretabor ſecũdum promiſſorem, ſi poteſt ſecundum eius voluntatem valere.ſed ſi nõ poteſt ſecundum voluntatem ipſius valere, interpretabor pro ſtipulatore ſi valere poteſt. vel dic aliter quòd ſi ſit obſcurũ, omnino non valere.ſi autem interpretari poteſt,interpretabor.Accurſius.

† Omnes ſcribent. hic alle.iſtũ tex. pro ſingul. ſecũdũ vnã lect.in verſi. nec rurſus. ad hoc ꝙ habẽs poteſtatẽ interpretandi nõ poteſt interpretari niſi ſemel tãtum: ſed ei licet eligere ſemper quando habet poteſtatem eligẽdi,& ita poteſt variare: ſed in eo qui habet poteſtatẽ declarandi non licet. Bolog.

C q *Dictum eſt.* id eſt dicendũ,ſecundũ quoſdã: & hoc propter hoc quod ſequitur: niſi verbis exprimatur: quod ſignificat in futurũ,&c. ſed non oportet ſic exponi. nec enim dicit ſimpliciter niſi verbis expreſſis exprimatur: ſed addit,palam, id eſt euidẽtibus & manifeſtis verbis, vt ſi quis ſtipuletur à magiſtro nouo brocar. ſua,putans omnes rationes in hoc cõprehendi: non tenetur quidem magiſter niſi ad hoc broc.vel fundum,vel vinum in genere: & hoc propter nimiã obſcuritatẽ: vt.j.eo.ita ſtipulatus.vel quãdo conſtat diſſenſiſſe: vt.ſ.eo.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.

r *Secundum promiſſorẽ.* hoc in eo caſu intelligendũ eſt,quãdo dubitatur quid actũ ſit, & duorũ modorũ vtroq; poteſt valere ſtipulatio: vt quia vnus dicit ſe ſenſiſſe de albo Sticho: alter de nigro.tunc enim accipiendũ eſt quod promiſſor elegerit: vt not.ſ. eo.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.vel hominẽ in genere,vbi non eſt tanta obſcuritas: ideoq; valet: & quemlibet dando liberatur: non tamen talẽ quem habere nõ expediat, vt ſubiicit: & ſic addit,aut,&c. nec rurſus promiſſor,&c. vtputa promiſit omnia vaſa ſua,& dicat ſe tantum de vitreis intellexiſſe: vel de viliſſimis ſeruis,cũ omnes ſuos ſeruos promiſerit.vel dic ſecũdo,ꝙ aut,&c. proſequatur eundẽ caſum,& corrigat pręcedẽtia.Itẽ & quod di- D cit: nec rurſus,&c.poteſt ſecundo intelligi.ſ. ꝙ promiſit ſeruum, poſtea elegit: & iterũ velit variare.nã nõ poteſt: licet ſua intereſt. Sed tunc eſt cõtra.j.eo.l.qui ex pluribus.&.l.eum qui.§.j.Sed dices ꝙ in illis legibus habebat electionẽ ex vi verborũ ſtipulationis,ſeu ex natura alternatiuæ: quia illud aut illud fuit ſtipulatus. ſed hic nõ habuit ideo electionem: ſed quia dubitabatur de quo ſenſerit.ſed ſecundũ primũ intellectũ prædictæ.ll.nõ ob.Item ad id quod dicit ſtari dicto promiſſoris,eſt cõtra.j.eo.ſi mihi.§.ſi ſtipulatus.Sol.ſpeciale eſt in veſte: maxime cum omnẽ veſtẽ ſtipulatus erat quæcunq; muliebris eſſet.Ir. imò ideo eſt illud: quia ſignificatio verborũ facit pro ſtipulante: licet promiſſor fœminea veſte vtatur: vt.j.proxi.reſpon.Item cõtra ad idem.ſ.qui ſatiſda. cogã.de die.Sol.vt ibi.Itẽ in iudicio ſecus: vt.ſ.e.inter ſtipulantẽ. §.ſi Stichũ.& eſt ratio vt ibi.itẽ facit.j.de verb.ſign.l.nepos Proculo.&.ſ.de cõtrahen.empt.l. Labeo.& de actio.empt.ſi ſeruus. Sed arg.cõtra in prin.huius.l.ſ.ſi cer.peta. l. cum quid.ſed ibi eſt de natura negotij,id eſt cõtractus mutui: quod intellige tacite.

ſ *Late.* id eſt aperte.

t *Nec rurſum.* id eſt econtra.

*Actum.*

a *Actum*. facit. C. de dona. ſi quis argentum. §. j.
b *Verba ſunt*. Poſſunt enim trahi ad ſingula eiuſdẽ biennij tempora, vt cum vna die vel ſecũda vel tertia non aſcenderis, verũ ſit te non aſcendiſſe. & facit inſti. e. §. omnis ſtipulatio verſi. in diem.
c *Non aſcendiſſe*. ſcilicet in aliqua parte biennij. Accurſius.

s *Liber homo. Non poteſt*. aliud in emptione. R. vt ſupra de contrahen. empt. l. liberi. Accurſius.
t *Nec dari*. cum non poſſit fieri accipientis. ad quod eſt inſtitut. de inutil. ſtipul. in princ. Accurſius.
u *Præſtari*. cum liber homo non recipiat æſtimationẽ: ſed quandoque vt ſeruus æſtimatur: vt not. s. eod. l. ſi ſeruum. §. de illo.

*Conditio.*] CASVS. Promiſi tibi decẽ aureos ſi imperator anno proximo præterito Romæ fuit. certe iſta conditio quæ relata eſt in præteritum, ſtatim facit valere obligationem: aut ſtatim eam non valere oſtendit: ſicut illa quæ confertur in præſens tempus, vt dicendo, ſi imperator Romæ eſt, promitto. Franciſcus.
d *In præteritum*. puta ſi Titius conſul fuit. Acc.
e *Perimit*. id eſt conſiſtere non permittit. ſimilis improprietas eſt infra eo. decem. & ibi, Eruiſti animam meam de inferno inferiori. & facit ſupra ſi cer. pet. l. cum ad præſens. & de iniuſto teſta. cum in ſecundo. §. j. & infra eod. ſi ita ſtipulatus fuero hanc. & inſtitu. eo. §. ex conditionali. Accur.
f *Puberes ſine curatoribus*. id eſt non habentes curatores. R. & M. & ſic eſt hoc ex parte ſubiecti.
g *Obligari*. licet iuuentur reſtitutione, & ſic ſoluetur cõtrarium. C. de in integ. reſtit. mi. ſi curatorem. Alij dicunt quòd naturaliter non ciuiliter obligãtur, ſed tunc non egerent reſtitutione. Accur.
g *Obligari*. ciuiliter & naturaliter.
*Venditores.*] CASVS. Titius & Seius vẽdiderũt fundum quendam Sempronio, & promiſerunt emptori de euict. & vltra promiſerunt reſtituere expenſas quas faceret Sempro. in lite cum ageretur contra eum de proprietate fundi huius. poſt pretium exolutum venit vnus venditorum, & petit partem pretij ſui à Sempronio. Sempronius probat ſolutum eſſe totum pretium. ſic victus eſt venditor. poſt hoc vẽditor iſte petit ſumptus litis quos ſibi dicit deberi ex ſtipulatu. quæritur, an ſibi debeantur? Reſpõ. quòd non: quia ſtipulatio facta de ſumptibus litis reddendis, intelligitur tantum cauſa euictionis. Franc.
h *Eius*. ſcilicet emptoris. Accurſius.
i *Intereſſet*. ſi res euinceretur.
k *Agnituros*. Quid ſi non eſſent promiſſi tales ſumptus in cauſa, licet res non ſit euicta? Reſpon. poteſt dici quòd nihilo minus præſtari debent eti non ſint promiſſi: quia & hoc ſit intereſſe: vt arg. s. de lib. leg. l. pe. lex iſta tamen argu. eſt contra. ſecundum Ioan. ſed dic vt. C. de euict. l. j. Accurſius.
l *In lite*. de rei proprietate.
m *Feciſſet*. emptor. Accurſius.
n *Heredes eius*. emptoris. Accurſius.
o *Cauſæ*. motæ ad pretium, non ſuper re euincendâ. Accur.
p *Eſſent*. quod in dubio præſumeretur.
q *Ex ſtipulatu*. quia non fuit mota quæſtio proprietatis, ſed pretij. ad quod eſt infra eo. l. ſi ita quis. in fin.
r *Ex ſolutum*. ſcilicet venditoribus.

promiſſor ferendus eſt, ſi eius intererit, de certis potius vaſis forte, aut hominibus actum. a

Non dicitur quis non feciſſe, quouſque finitum eſt tempus intra quod fieri poteſt. Pau. de Caſt.

Si ſtipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari?* non niſi præterito biennio rectè petam. Nam etſi ambigua verba ſunt, b ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuit te Capitolium non aſcendiſſe. c

Conditio de præterito, vel de præſenti, non ſuſpendit. Bart.

C. MODESTINVS *libro octauo Regularum.*

Conditio in præteritum, d nõ tantùm in præſens tẽpus relata, ſtatim aut perimit e obligationem, aut omnino non differt.

Adultus non habens curatorem, naturaliter & ciuiliter poteſt obligari. Paul.

CI. IDEM *libro quarto de Præſcriptionibus.*

Puberes ſine curatoribus f ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari. g

Qui promittit ſumptus factos in lite de re: non tenetur ad ſumptus factos in lite de pretio. Bart.

CII. IDEM *libro quinto Reſponſorum.*

Venditores emptori cauerant pro euictione quanti eius h intereſſet. i ſed & ſpecialiter adgnituros k ſi in lite l mota ſumptus feciſſet, m emptori ſtipulanti promiſerant. poſt mortem emptoris vnus ex venditoribus ad iudicium vocauit, pretium ſibi deberi dicens: heredes eius, n qui ſumptus in defenſione cauſæ o factos, cum probarent pretium ſolutum fuiſſe, ex ſtipulatione petebant. Modeſtinus reſpondit, ſi in eas impenſas venditores promiſerunt, quæ ob litem de proprietate inſtitutam factæ eſſent, p minime ex ſtipulatu q peti poſſe quod erogatum eſt, dum alter ex venditoribus pretium quod iam fuerat exſolutum, r petit.

Liber homo, vel fundus hoſtiũ, in ſtipulationem deduci non poteſt. Bartolus.

CIII. IDEM *libro quinto Pandectarum.*

Liber homo in ſtipulatum deduci non poteſt: s quia nec dari t oportere intendi, nec æſtimatio eius præſtari u poteſt, non magis quàm ſi quis dari ſtipulatus fuerit mortuum hominem, x aut fundum y hoſtium.

Sufficit contractum impleri à contrahente, vel ab alio eius nomine. Bartolus.

CIIII. IAVOLENVS *libro vndecimo ex Caſſio.*

Cum ſeruus pecuniam pro libertate pactus eſt, & ob eam rem reum dedit: quamuis ſeruus ab alio z manumiſſus eſt, reus tamen rectè obligabitur: quia non quæritur à quo manumittatur, ſed vt manumittatur.

Vna ex rebus alternatiuè debitis oblata, poſt eius interitum debitor liberatur. Barto.

CV. IDEM *libro ſecundo Epiſtularum.*

Stipulatus ſum Damam aut Erotem ſeruum b dari. cum Damam dares, c ego quo minus

matur: vt not. s. eod. l. ſi ſeruum. §. de illo.
x *Hominem*. in caſibus hoc valet: vt ſupra eo. inter ſtipulantem. §. pe.
y *Aut fundum*. qui dari nõ poteſt. ſicut enim à conuerſatione noſtra exempti ſunt ipſi, ita res eorum: ſed tamẽ legari poteſt fundus hoſtium: a vt ſupra de leg. j. ab omnibus. §. in teſtamẽto. verſi. etiam. & l. id quod. & l. ſeruus. & eſt ratio: quia in ſtipulatione pręſens tempus, &c. Item ſecus in ſeruo noſtro ab hoſtibus capto: vt. s. de act. empt. l. fi. ADDITIO. Iſte intellectus procedit ſine ſcrupulo, ſecũdum ſcribentes: & licet in ſe bonus ſit, tamen non conuenit verbis literæ, ſecundum Iaſ.

a] Dic q̃ idẽ eſt inuitimis voluntatib, quod in contractibus. ſ. quòd fundũ hoſtium qui nunquã fuit noſter, neq. promittere, neque legare poſſu. pu. re, ſed ſi fuit noſter ſemel, & legare & promittere poſſu. mus: vt in iuribus in gl. alleg. ſecundum Bart.

*Cum ſeruus.*] CASVS. Stichus ſeruus meus promiſit mihi. xxx. aureos ſi eum manumitterem: & pro hac ſumma dedit mihi expromiſſorem. Stichus iſte ab alio manumittitur quàm à me. vtrum expromiſſor teneatur mihi in. xxx? Reſpon. quòd ſic, quia nõ quæritur, &c. intellige tamẽ quòd opera mea ſit Stichus iſte manumiſſus. Franc.
z *Ab alio*. veluti herede inſtituto iuſſu eius qui manumiſſurum ſe promiſit. M. & ſic voluntate aut facto eius, vel facto forte quaſi mediator acceperit pecuniam, ita quòd adiuuaret eum vt manumitteretur. aliud ſi iam manumiſſus erat vel liber: vt. s. de condic. cau. da. l. iij. §. ſi liber. & §. ſi quis. Accur.
a *Manumittatur*. opera accipientis. Ioan. & ſic non bene colligitur hic generale. non refert à quo, pro quo tamen. ſcilicet generali ſunt hæc argu. s. de ſenato. l. ſenatoris filium. §. neque. & de inoffic. teſta. poſthumus. §. ſi quis ex. &. s. quemdam. teſta. ape. l. antepen. §. j. & s. de vſucap. l. naturaliter. & de fideicom. lib. l. generaliter. & C. de preci. impe. offeren. l. vniuerſis. & s. de peti. her. item veniunt. §. petitã. verſi. à quo. & j. eo. à Titio. & C. de natu. libe. l. ſi quis naturalẽ. in fin. & s. manda. l. ſi vero non re. §. ſi filio. & s. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. quæſitum. Sed argu. contra. C. de inoffic. teſta. ſcimus. §. repletionem. b Accurſius.

*Stipulatus.*] CASVS. Stipulatus ſum à te Stichum ſeruum aut Pamphilum ſeruum. electio eſt tua promiſſoris quem velis dare. tu offers mihi Stichũ. nolo eum recipere. qui poſt hoc moritur. an poſſim contra te agere ad Pamphilum? Reſpon. quòd non: quia per debitorem nulla eſt mora facta, & ideo liberatur cum obtulerit quod debebat. Franc.
b *Seruum dari*. electione tibi promiſſori ſeruatâ, quam per legem habebas. Accurſius.
c *Dares*. c id eſt dare velles. & ſic ponitur ſupra de contrahen. empt. l. ſi d mihi bibliothecam. & ſupra de condit. & demon. l. pater Seuerinam. j. reſpon. & de iure do. ſi rem æſtimatam.

b] Verſi. eſt in. §. i. in fin.
c] Imò intellige tex. propriè dares. i. actualiter offerres: quia ad cõſtituendũ creditorẽ in mora, requiritur realis & actualis oblatio. l. acceptã. C. de vſur. ſecũdum P. & Ia.
d] Labeo ſcribit, ſi mihi.

ff. Nouum. II

a *Habere*. Erotis nomine. Accurſius.
b *Non eſſet*. ſcilicet per creditorem. Accurſius.
c *Debebat*. ſcilicet debitor. Accurſius.
d *Continuo*. mortuo vel aliàs perdito ſeruo, ſecundum Ioan. & hoc ipſo iure. ſecus ſi in genere debeo hominem, & Stichum offeram qui poſtea perierit: quia per exceptionem liberor, cum Stichus in obligatione nõ eſſet: vt argu. ſupra de lega. j. huiuſmodi. §. ij. & de lega. ij. ſtatuliberum. §. Stichum. Item eſt pro illa falſa opin. quæ eſt ſupra de adquiren. poſſeſ. l. iij. §. in amittenda.

acciperem, in mora fui. mortuus eſt Dama: an putes me ex ſtipulatu actionem habere? [a] Reſpondit ſecũdum Maſſurij Sabini opinionem, puto te ex ſtipulatu agere non poſſe. nam is rectè exiſtimabat, ſi per debitorem mora nõ eſſet [b] quo minus id quod debebat, [c] ſolueret: continuo [d] eum debito liberari. [e]

In obligatione generis ſubalterni eſt electio debitoris: & poteſt variare vſque ad ſolutionem. Bartolus.

CVI. IDEM *libro ſexto Epiſtularum.*

QVi ex pluribus fundis [f] quibus idem nomẽ impoſitum fuerat, [g] vnum fundum ſine vlla nota [h] demonſtrationis ſtipuletur, incertum ſtipulatur: id eſt eum fundum ſtipulatur, quem promiſſor dare voluerit. [i] tandiu autẽ voluntas promiſſoris in pendenti eſt, quamdiu id quod promiſſum eſt ſoluatur. [k]

Valet promiſſio facta pro aliquo emancipando. Barto.

CVII. IDEM *libro octauo Epiſtularum.*

VTrum turpem talem ſtipulationem putes, an non, quæro: Pater naturalis [l] filium quem Titius habebat in adoptionem, heredem inſtituit, ſi patria [m] poteſtate liberatus [n] eſſet. pater eum adoptiuum non aliàs emancipari voluit, quàm ſi ei dediſſet [o] à quo ſtipularetur certam ſummam, ſi eum manumiſiſſet. [p] poſt emancipationem adit [ hereditatem ] filius. petit nunc pecuniam pater [q] ex ſtipulatione ſupra relata. Reſpondit: Non puto turpem eſſe cauſam ſtipulationis, vtpote [r] cum aliter filium emancipaturus [ſ] non fuerit. nec poteſt videri iniuſta cauſa ſtipulationis, ſi aliquid adoptiuus pater habere voluerit, propter quod à filio poſt emãcipationẽ magis curaretur. [t]

e *Liberari*. protinus, id eſt cum exhibet. [a] & facit infra de ſolu. l. qui decem. in princ. & l. ſi debitor. & C. de condi. inſer. l. cum quidam. in fine. & ſupra de arbit. Celſus. in fin. & ſupra de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. pen. Accurſius.

QVi ex pluribus.] CASVS. Habebam tres fundos vocatos eodem nomine, ſcilicet Corneliano. promiſi tibi fundum Cornelianum ſine aliqua alia demonſtratione. certe videor tibi incertum promiſiſſe. ratio, quia poſſum dare tibi quem voluero: & voluntas mea eſt in pendẽti, donec ſoluam vnum ex his fundis. Franc.

f *Qui ex pluribus fundis*. Seianis. Accur.

g *Fuerat*. Seianum. ADDITIO. Erant tamen ſeparati regionibus & terminis. aliàs ſi dominus vnum fundum in plures partes diuiſiſſet gratia commodioris culturæ, promittendo fundum Seianum, præſumitur totum promittere, & ita intelligitur. l. Gaius. §. Titius. de leg. ij. Paul. & Iaſo.

h *Nota*. alia, ſed dicendo: promittis fundum Seianũ? & ſic non ob. [b] ſupra de iure do. cum poſt. §. gener. & j. eod. ita ſtipulatus.

i *Voluerit*. Nota quòd vbi duobus modis poteſt valere contractus, & incertum eſt de quo ſenſerint contrahentes: electio eſt promiſſoris. [c] & illud quod voluerit promiſſor, intellige etiam leuiſſimum. arg. ſupra de leg. j. apud. [d] §. ſcio. Sed arg. contra ſupra de leg. j. qui duos. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in legatis, & ſic in vltimis voluntatibus: in quibus electio eſt legatarij: & ſic creditoris: vt not. glo. magiſtra. in l. Lucio. de le. ij. ſed in contractibus electio eſt creditoris: vt hic, ſecundum Bartolum & Iaſo.

k *Soluatur*. quia ſæpius voluntatem mutare poteſt etiam poſt ſententiam ſecundum quoſdam: vt. j. eo. eum qui. §. fi. & ibi not. aliud in legato: vt. ſ. de lega. ij. l. ſtatuliberum. in fin.

VTrum turpem.] CASVS. Pater adoptiuus poteſt aliquid accipere à filio ſuo adoptiuo vt eum emancipet: nec eſt de hoc ſtipulatio facta turpis. hoc dicit. l. in ſe ponit caſum ad longum. Franciſcus.

l *Pater naturalis*. & legitimus.
m *Si patria*. ſub hac conditione. M.
n *Liberatus*. facit. C. de inoffic. teſta. l. filiis.

a] Subaudi, ſecuto interitu: vel aliàs perdito ſeruo, ſecundũ Iaſ.

b] Quia in cõtrariis ſtipulatio fuit facta in genere generaliſſimo, hic in ſubalterno.

c] Electio in dubiis eſt promiſſoris: ſecus autem in generali promiſſione & in indefinita: vt nota. in l. ſicui. ſ. de ſer. & an & quando ſit electio ꝓmiſſoris, & quando creditoris: vide Gui de cũg. in l. cum hereditas. nun. l. cũ his quæ notaui ad eũ ibi ĩ apoſtil. in verſi. eſt electio debitoris. C. de peti. her.

d] Idem Iul.

Stipulatio concepta ſub conditione quæ pendet ex facto certæ perſonæ, valet: & vbi diuerſitatis ratio reddi non poteſt, idem ius eſt. Bartolus.

CVIII. IDEM *libro decimo Epiſtularum.*

A Titio ita ſtipulatus ſum, *Si qua mihi nupſerit, decem dotis eius nomine dare ſpondes?* quærebatur an cõſiſtat talis ſtipulatio. Reſpondit: Si ſtipulanti mihi dos ita promiſſa eſt: *Quancumque vxorem* B *duxero, dotis eius nomine decem dare ſpondes?* nihil in cauſa eſt quare ea pecunia conditione expleta non debeatur. Nam cum cõditio etiã ex incertæ perſonæ facto [u] parere [x] obligationem poſſit, veluti, *Si quis* [y] *in Capitolium aſcenderit, decem dare ſpondes? ſi quis à me decem petierit, tot dare ſpondes?* cur non idem & in dote promiſſa reſpondeatur, ratio reddi [z] non poteſt.

Stipulatio in voluntatem promiſſoris conferri non poteſt. Ia.

Nulla promiſſio poteſt conſiſtere quæ ex voluntate [a] promittentis [b] ſtatum capit.

In alternatiua ſummarum inC ſpicimus id quod eſt minus: in alternatiua temporis inſpicimus id quod eſt longius. Bart.

CIX. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

SI ita ſtipulatus fuero, *Decem aut quindecim dabis?* decem debentur. Item ſi ita: *Poſt annum aut biennium dabis?* poſt biennium debentur: quia in ſtipulationibus id ſeruatur, vt quod minus [c] eſſet, quódque longius, [d] eſſe videretur in obligationem deductum. [e]

In contractibus non eſt locus iuri accreſcendi. Barto.

CX. IDEM *libro quarto ad Quintum Mucium.*

D SI mihi & Titio in cuius poteſtate nõ ſim, † ſtipuler decem: non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. pars enim aliena

o *Dediſſet*. ſcilicet aliquem reum. M.
p *Manumiſiſſet*. id eſt emancipaſſet, & ita factum eſt. M.
q *Pater*. quõdam adoptiuus.
r *Vtpote*. in lib. R. vtique. aliàs vtpote.
ſ *Emancipaturus*. ſponte. verum cogi poſſet officio iudicis: [e] vt ſupra de cõdit. & demon. ſi cui. & de adopti. l. nonnunquam. non autem iure actionis: vt ſupra ſi tab. teſta. nul. extra. l. filius. [f]
t *Curaretur*. id eſt magis eum timeret: vt frequenter ſenes dicunt. operas tamen ei imponere non poteſt: vt. ſ. ſi à parẽ. quis fue. manu. l. j. §. ſi parens. & l. penul. Accurſius.

A Titio.] CASVS. Poſſum ſtipulari decem ſub conditione, ſi quamcunq; vxorem duxero, dabis mihi centũ? ſicut poſſum ſtipulari generaliter, ſi quis in Capitolium aſcẽderit centũ dabis? [NVLLA.] Planus eſt. Franc.

u *Perſonæ facto*. pendens. Rog.
x *Parere*. id eſt contractus parit obligationẽ conditione exiſtente. ad quod eſt ſupra de contrahen. empt. l. hæc venditio.
y *Si quis*. aliud ſimile. Roge.
z *Reddi*. Nota quòd vbi in diuerſis factis nõ poteſt ratio diuerſitatis reddi, idem ius ſtatuendum eſt: vt & ſupra de iniuſt. rup. teſt. l. iij. §. ſed & hi. & C. de inoffic. do. l. pe. & ſupra ad leg. Aquil. l. illud. & inſtitut. de leg. pa. tu. & C. de liber. præte. l. j. Accurſius.
a *Ex voluntate*. expreſſa, ſed tacita ſic: vt promittis mihi decem ſi aſcẽderis Capitolium? & ſupple hic, tantum. Item contra. ſ. eod. centeſimis. §. ſi ita. ſed ibi non fuit expreſſa. Item facit. ſ. tit. j. l. ſub hac. [g] Accur.
b *Promittentis*. vel etiam ſtipulantis.
c SI *ita ſtipulatus. Quod minus*. ſcilicet in ſummis.
d *Longius*. in tempore.
e *Deductum*. facit ſupra eod. ſi ita ſtipulatus fuero. & infra de fideiuſſ. l. inter eos. in princ. & infra de reg. iur. ſemper in obſcuris. & de arbi. diem. §. ſi plures. & ſupra eo. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. & de lega. j. ſi ita ſit. §. fin. & ibi not. glo. fin. & de lega. iij. nummis. & infra de pe. l. ſi præſes.

SI mihi. Certum eſt quòd nemo poteſt alteri ſtipulari. Ponamus ſic caſum: Ego ſum ſtipulatus decẽ mihi & Titio in cuius poteſtate non ſum. quæritur hic, quantum mihi debetur? Reſpon. quòd

e] Hoc non eſt verũ, niſi pater aliquid reciperet pro eo emancipando: vt. d. l. ſi cui. & not. ꝑ glo. in l. cogi §. ſi pater. ſ. ad Trebel. ſecundum Bar. & Iaſ.

f] Vnde lib. l. filiusfam. in fi.

Videtur legendũ quarto, vt in l. 43. §. 2. ſ. de leg. 2. vbi eadem penè verba ſunt.

† Quia ſi eſſem in ſua poteſtate, poſſem ſibi ſtipulari, & valeret, ſecũdum Bar.

g] De qua ponitur exẽplum per P. hic ad iſtã. l.

quòd quinque tantum.nam pro his quinque tantum conſiſtit obligatio:in aliis quinque non poteſt conſiſtere: quia nemo alteri ſtipulari poteſt, nec mihi accreſcit altera pars, ſcilicet quinque. [SI STIPVLATVS.] Vtebaris aliquo tempore veſte muliebri. ſum à te ſtipulatus veſtem tuam muliebrem. tu dicis te nullam habere: ego dico quòd imò habes vnam quam ſoles portare. tu replicas, & dicis illam non eſſe muliebrem, ex quo eam portabas, qui vir es. quęritur hic, quid iuris ſit, quomodo interpretabimur hanc ſtipulationem? Reſpon. ſecundum mētem ipſius ſtipulantis, non ſecundum mentem promittentis. vnde ſi ſolitus eſt ꝑmiſſor aliquādo portare veſtem muliebrē, certe illam debebit ſoluere. Franciſcus.

† Colligit Bar. ex mēte huius.l ꝙ in contractibus nō habet locum ius accreſcēdi: ſed hoc nō eſt indiſtīcte verū. tu: ergo dic quòd in cōtractibus lucratiuis & bonæ fi. nō habet locū, vt in.l.fin. & ibi Bal.C.de inuti. ſtipu. & in.l. re cōiuncti ibi Alex. plene poſt Bar. qui facit rē negatiuam cum decem fallē ad quē te remitto. ſ.de leg.3.

deducitur: vt quod extraneo [a] inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat [b] meam † partem.

Quando verba ſunt clara pro ſtipulatore, interpretationem reſtrictiuam non recipiunt. Bartolus.

Si ſtipulatus fuero de te, *Veſtem tuam quæcumque muliebris eſt, dare ſpondes?* magis ad mentem ſtipulantis, quàm ad mentem promittentis id referri debeat: [c] vt quid in re [d] ſit, æſtimari debeat, non quid ſenſerit promiſſor. [e] Itaque ſi ſolitus fuerat promiſſor muliebri [f] quadam veſte vti, nihilo minus debetur. [g]

Contractus stricti iuris recipit interpretationē extenſiuam, quādo aliàs non habet effectum. Bartolus.

CXI. IDEM *libro quinto ad Quintum Mucium.*

SI ſtipulatus fuero per te non fieri quo minus mihi illa domo vti liceat: an etiam ſi me non prohibeas, vxorem autem meam prohibeas: vel contra vxore mea ſtipulata, * me prohibeas, an committatur ſtipulatio? Et ſatius eſt hæc verba ſic accipi. [h] Nam & ſi ſtipulatus fuero, per te non fieri quo minus mihi via, itinere, actu vti liceat: & ſi non me, ſed alium nomine meo ingredientem prohibeas: ſciendum erit committi ſtipulationem,

Qui habet electionem per futurum ſubiunctiui: non poteſt variare. ſecus ſi per futurum indicatiui.

CXII. IDEM *libro quintodecimo ad Quintum Mucium.*

SI quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum, vtrum ipſe vellet: [i] quem elegerit, petet: & is erit ſolus in obligatione. An autem mutare voluntatem poſſit, & ad alterius petitionem tranſire, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis: vtrúmne talis ſit, *quem voluero*: an, *quem volam.* [k] nam ſi talis fuerit, *quem voluero*: cum ſemel elegerit, mutare voluntatem non poterit, ſi verò tractum † habeat ſermo illius, & ſit talis, *quem volam*: donec iudicium dictet, mutandi [l] poteſtatē habebit.

Qui promittit ſatiſdare, ſi non ſatiſdat, tenetur ad intereſſe: quod eſt in quātum principalis non eſt ſoluendo, vel ſi conueniri non poteſt. Bartolus.

Si quis ita ſtipulatus fuerit, *Pro centum* [m] *aureis ſatiſdabis?* & reum dederit in iſtā ſummā: Proculus, ait ſemper in ſatiſdationis ſtipulatione venire quod intereſſet ſtipulātis: vt aliàs tota ſors ineſſet, veluti ſi idoneus promiſſor [n] non ſit: [o] aliàs minus, ſi in aliquid idoneus eſſet debitor: aliàs nihil, ſi tā locuples eſſet, vt noſtra non interſit ſatis ab eo accipere: niſi quòd plerumque idonei non tam patrimonio quàm fide quoque [p] æſtimarentur. *

[a] *Quod extraneo.* no. de extraneo.

[b] *Non augeat.* ſed nec minuat. Sed contra ſupra de cōtrahen. empt. l. fundus ille. Solu. ibi bonæ fidei, hic ſtricti iuris: vel ibi obeſſet venditori volenti totum vendere emptori: ſed hic nihil obeſt ſtipulatori habenti obligationē pro parte: nec promiſſori, ſed adeſt. & facit contra ſupra eod. l. eum qui ita. in princip. &. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. verſi. in ſtipulationibus. &. §. eū. [a] Solu. vt ibi. Item facit inſtit. de inuti. ſtipu. §. ſi quis. & in authen. vt cū de ap. cog. §. fin. col. viij. Accurſius.

* Græciſm᷑ Ant. Aug. li. 2. cap. 1. a] Illa iura non contradicunt, ſed concordant ſecundū Ia. hic. & not. ibi per glo. & Bar.

[c] *Debeat.* imò ad nullius, ſed ad rei veritatē, vt ſubiicit. & ſic non eſt contra ſupra eo. l. quicquid vel ſolu. vt ibi. nec eſt contra ſupra de reb. du. l. cum quæritur. quia & ibi erat dubium: vt ſupra eo. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. Accurſius.

[d] *In re.* id eſt in veritate. Accurſius.

[e] *Senſerit promiſſor.* occulte, & contra omnem verborum ſignificationem. Accurſius.

[f] *Muliebri.* & ideo eam virilē dicebat: & ideo dare nolebat. Acc.

[g] *Debetur.* niſi eam nominatim exceperit. ſed aliud in legato in quo non cōtinetur: vt. ſ. de auro & argen. lega. inter veſtem. nam ibi voluntas legantis, non legatarij inſpicitur. Accur.

[h] *SI ſtipulatus fuero per te. Sic accipi.* vt committatur vtroque caſu, & cum me, & cum vxorem meā prohibeas. ad quod eſt ſupra de vſu & habi. l. cæterum. & de ſer. leg. l. pater. & de preca. l. penul. & de iti. actúque priua. l. veteres. & de rit. nup. l. j. & de vi & vi arm. l. j. §. ſi quis vi me.

*SI quis ſtipulatus.*] CASVS. Iſtud principium. l. pulchrum eſt, & breuiter hoc intendit: quia facit differentiam inter ſtipulationem, dabis quem volam: & iſtam, dabis quem voluero: quia prima, ſcilicet quem volam, habet talem poteſtatē, quòd licet ſemel elegero, poſſum mutare voluntatem: & alium eligere. ſed in hac, ſi voluero: ſecus eſt: quia ſi ſemel elegero, non poſſum amplius mutare voluntatem. & intelligitur ante ſuſceptum iudicium. [SI QVIS ITA.] Glo. ponit caſum. Fran.

[i] *Ipſe vellet.* ſtipulator. Accurſius.

[k] *Quem volam.* Quare magis in vno quàm in alio, grammatici certant. Io. nam habebant Græci verbum infinitum quoddam, in cuius locum ponitur verbum hoc, volam, & ſecundum eos poterat mutare voluntatem: inde eſt & quòd hic mutet, ſecundum M. vel ſecundum Azo. eſt ratio: quia futurum ſubiunctiui modi, ſi voluero, à præterito indicatiui formatur. quæ autem de præteritis ſunt, certiora ſunt: vnde nec obligationem morantur. & ideo quia omnino certum eſt quòd elegit ſemel, nō poteſt poſtea pœnitere: vt hic, &. ſ. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. Futurū vero indicatiui modi, ſcilicet volam, à præſenti tempore formatur, quod quaſi medium tempus eſt, & habet ſe ad futurū, & pręteritum reſpicit: vnde medio modo in eo ſtatuitur: ſcilicet vt nec ſemper volūtatem mutet. nam nō mutat poſt litē conteſtatam: vt hic, & ſupra de eo quod certo lo. l. iij. §. quare. ver. & generaliter. nec omnino ei adimitur poteſtas. poteſt enim quandocunq; ante litem cōteſtatam: vt. ſ. ad Tertul. l. filius. Sed contra ſupra de lega. j. huiuſmodi. §. Stichum. Solu. in legato facta electione ſtatim dominium eſt legatarij: quod in ſtipulatione ſecus eſt. & eodem modo reſpondetur ſupra de lega. ij. ſtatuliberum. §. fina. & de optio. lega. l. apud Aufidium. in fin. l. quæ ſunt contra. Item facit ſupra de procur. l. ſi is qui. contra. Solu. vt ibi. quia fuit ibi lis conteſtata. Item contra infra eod. eum. §. j. ſed ibi erat rei electio: hic actoris. Item ibi tacite: hic expreſſe.

† παράτασιν. vt in. l. 2. §. 1. ſ. ex quibus cau. in poſſ. eat. l. 68. & 97. §. 1. ſ. eo.

[l] *Mutandi.* ſic præuaricatio eſt lege conceſſa: vt. ſ. ſol. matri. ſi cum dotem. §. eo autē tempore. Accur.

[m] *Pro centum.* Promiſit Titius ſatiſdare pro centum aureis mihi ſoluendis, quos ipſe vel alius vel etiam nullus mihi debebat, ſed modo incipere debebant mihi deberi, & ſic reum quendam & fideiuſſorem dare promittebat. reum dedit, fideiuſſorem non dat. igitur ad intereſſe ago, quod quantum ſit, dicit. vel dic quòd fideiuſſorem tantùm mihi promittebas, cum haberem reum teipſum vel alium: vt & ſupra de re iudi. ſi quis ab alio. in princip. & dediſti quendam reum qui fideiuſſit: qui poſt apparet non idoneus. ago vt denuo des, ad intereſſe. quod quantum ſit, dicit: & ſecundum hunc caſum eſt contra. infra de fideiuſſo. l. qui ſatiſdare. in fi. ſed ibi ſcienter non idoneum accepit, hic ignorans. ſed ſecundum hunc caſum ſi tu nihil habes, nec reus datus: quomodo alium dabis? Reſpō. quia aliquem inuenis qui pro te fideiubet, etiam ſi nihil habes: cum ſpes ſit quòd habeas. & facit ſupra ſi cer. peta. l. fin. in fine. &. ſ. eo. l. illa ſtipulatio. §. eum. & ſupra de eo per quē fac. e. l. fin. in fine. Accurſius.

* Etenim, inquit Cicero Parado. 6. ſi iſti callidi rerū æſtimatores, prata & areas quaſdā magni æſtimant, quòd ei generi poſſeſſionū minimè quaſi noceri poteſt, quāti eſt æſtimāda virtus, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt vnquā, neque naufragio neque incendio amittitur? Et multa alia ī hanc eandē ſententiam.

[n] *Promiſſor.* id eſt reus, ſecundum primum caſum. vel id eſt fideiuſſor, ſecundum alium.

[o] *Non ſit.* in aliquo.

[p] *Quoque.* & ex conueniendi facilitate. ad quod eſt ſupra qui ſatiſda. cogan. l. ij. in princ. & facit ſupra de tuto. & curato. da. ab his l. ſcire oportet. Accurſius.

*CVm ſtipulatus.*] CASVS. Textus iſte ſatis longus eſt. Pro caſu tamen ſuccincte ad clariorem poſitionem caſus dic: Promiſiſti mihi facere domum, & eam complere ante annum ſub pœna centum aureorum. Ego ex voluntate mea fui contentus tibi prolongare tempus vſque ad annum cum dimidio: vel duos annos. Quæritur cum domus iſta non fuerit facta ante annum,

ſicut promiſiſti: vtrum pœna ſit commiſſa? Diſtinguitur: aut prolongaui tibi tempus iſtud cum eſſemus tam prope finem anni, ita vt non eſſet ſpes quòd poſſes perficere domum ante annum: & tunc committitur pœna. Aut tantum temporis ſupererat quòd poteras perficere domum: tamen ego quo leuius poſſes perficere, dedi tibi longius tempus: & tunc non committitur pœna. hæc poſita ſunt ſub breuibus: quia textus ſatis prolixus eſt. [CVM VENDERET.] Titius vendidit mihi fundũ, & promiſit mihi dare fideiuſſores pro euic. Itẽ promiſit eum liberare à creditore cui obligatus erat. peto à Titio vt ſeruet quod promiſit. non vult, ſed eſt in mora. quæritur ad quid agere poſſim contra Titium? Reſpon. ꝙ ad intereſſe meum quãti mea intereſt hoc quod ꝓmiſſum eſt factum fuiſſe. Franc.

† Alex. hic in prin. dicit iſtũ tex. ſing. & mirabilẽ ad hoc quòd prorogatio termini ſi facta ſit antequam commiſſa ſit pœna: facit ꝙ pœna nõ cõmittitur, licet in primo termino opus promiſſum nõ fiat ſed ſi facta eſt prorogatio termini poſtquã pœna eſt cõmiſſa, eam non reſoluit. Bolog.

a *O Procule.* aliàs ô Procule, aliàs à Proculo. Accurſius.

b *Arbitratu.* tã in qualitate operis, quàm in opere perficiẽdo & prorogando.

c *Protuli.* id eſt prolõgaui.

d *Diẽ.* in kalendas Auguſti, vt ſubiicit.

e *Cum ipſe.* ego.

f *Aliam.* in kalendas Auguſti, vt ſubiicit.

g *Mora.* i. ceſſatio.

h *Perficeretur.* quo caſu ipſo iure non committitur pœna: vt ſupra de arbi. Celſus. §. fina. &. §. idem ait, ſi iuſſerit. Sed argu. cõtra. ſ. de mino. l. Æmilius. licet hic non reſpondeat huic quæſtioni.

* ſtipulatus.

i *Puto.* & bene: vt in fi. §. Accurſius.

k *Non deſiderauit.* imò diem prorogauit.

l *Si hoc.* ſcilicet eũ non debere prædicere, ſeu denuntiare.

m *Non eſſet.* ſi diceres hoc eſſe falſum.

n *Et propemodum.* nunc ſoluit. Accurſius.

o *Commiſſa eſt.* de rigore: ſed de æquitate obſtat exceptio: vt arg. ſupra ſi quis cau. l. ij. in prin. & locati. l. cum in plures. §. j. plus etiã dico, quòd ſi non competat exceptio: quod quidam dicunt: non tamen poteſt agi ante kalendas Auguſti ad pœnam, quia pœnæ ſtipulatio dilata videtur: vt. ſ. eo. in illa ſtipulatione, ſi kalendis. & infra eo. inſulam. ſed tamen (vt dixi) exceptione remouetur etiam poſt kalendas, quia diem protulit. pro quo eſt ſupra de lege commiſ. l. poſt diem. nam & aliàs committitur, ſed non exigitur: vt. ſ. de except. do. apud Celſum. §. ſi in arbitrum. ſed pro eis eſt. j. eod. inſulam. ſed hic pœna: ibi nõ. Sed R. ſic hic de hoc ſcripſit: hac diſtinctione tunc vtimur, cum pœnam præſtari, & opus poſtea nihilo minus fieri conuenit: aliàs ſi opus fieri poſt moram promiſſoris ſtipulator elegerit: quanquam pœnalis ſtipulatio eſſet commiſſa, tamen eliditur exceptione: cum non vtrunque ſed alterum tantùm reus ſtipulandi proſequi debeat: vt. C. de tranſact. l. cum proponas. &. ſ. de pact. reſcriptum. §. j. quod verum puto & facit ſupra de dam. infect. l. damni. §. Sabini. Accur.

p *Fideiuſſores.* pro euictione. Fran.

q *Liberari.* ſine hoc tenetur: vt. C. de euict. ex iis prædiis. & dic liberari à creditore cui erat obligata.

Prorogatio termini impedit pœnam committi, ſed commiſſam non perimit. Bartolus.

CXIII. PROCVLVS *libro ſecundo Epiſtularum.*

CVm ſtipulatus † ſim mihi, ô Procule,[a] ſi opus arbitratu[b] meo ante kalendas Iunias effectum non ſit, pœnam: & protuli[c] diem:[d] putáſne vere me poſſe dicere, arbitratu meo opus effectum non eſſe ante Kalendas Iunias: cum ipſe[e] arbitrio meo aliam[f] operi laxiorem dederim? B Proculus reſpondit, non ſine cauſa diſtinguendum eſt, intereſſe vtrum per promiſſorẽ mora[g] non fuiſſet quo minus opus ante Kalendas Iunias ita vti ſtipulatione comprehenſum erat, perficeretur:[h] an cum iam opus effici non poſſet ante Kalendas Iunias, ſtipulator diem in Kalendis Auguſtis protuliſſet. Nam ſi tum diem ſtipulator protulit, cum iam opus ante Kalendas Iunias effici non poterat, puto[i] pœnam eſſe commiſſam: nec ad rẽ pertinere, quòd aliquod tempus ante Ralẽdas Iunias fuit quo ſtipulator non deſiderauit[k] id ante Kalendas Iunias C effici: id eſt, quòd non eſt arbitratus vt fieret, quod fieri non poterat. aut ſi hoc[l] falſum eſt: etiam ſi ſtipulator, * pridie Kalendas Iunias mortuus eſſet, pœna commiſſa non eſſet:[m] quoniam mortuus arbitrari non potuiſſet, & aliquod tempus poſt mortem eius operi perficiendo ſuperfuiſſet. Et propemodum[n] etiam ſi ante Kalendas Iunias futurũ eſſe cœpit, opus ante eam diẽ effici non poſſe: pœna commiſſa eſt.[o]

Qui non dat fideiuſſorẽ, & non liberat vt promiſit: tenetur ad intereſſe. Bartolus.

Cum venderet aliquis promiſit emptori fideiuſſores[p] præſtari, & rem venditam liberari:[q] quæ vt liberetur, nunc deſiderat emptor. in mora eſt is qui ea ſtipulatione id futurũ promiſit. quæro quid iuris ſit. Proculus reſpondit, tanti litem æſtimari[r] oportet, quanti actoris intereſt.[ſ]

CXIIII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

SI fundum certo die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit quo minus ea die præſtetur: conſecuturum me quanti mea interſit[t] moram facti † non eſſe.

Pœnalis ſtipulatio vitiatur ex errore vel incertitudine quę principalem ſtipulationem reddit inutilem. ſin autem vtilem conuentionem pœnalis ſtipulatio ſubſequatur: tunc pœnalis committitur, cum ſuper prima mora contrahitur. quòd ſi non conuentio ſed conditio pœnalem ſtipulationem præcedat, tunc committitur cum omnino cõditionem exiſtere certum erit: ſed in vltimis voluntatibus abſque diſtinctione à tempore ceſſationis pœna committitur. quæ pœna ſolummodo exigetur, niſi actum ſit vt vtrũque petatur. Bartolus.

CXV. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

ITa ſtipulatus[u] * ſum, *te ſiſti in certo loco:*[x] *ſi nõ ſteteris, quinquaginta aureos dari ſpõdes?* Si dies in ſtipulatione per errorẽ omiſſus fuerit, cum id ageretur, vt certo die[y]

A

r *Aeſtimari.* in cõdemnatione, non in obligatione: vt not. ſupra de re iudi. ſi quis ab. §. fi.

ſ *Intereſt.* actione præſcript. verb. vel ex empto informata: quia pactum fuit incontinenti factum, non ergo præciſe ad ipſum factum. ſic. ſ. de act. empt. l. j. in princ. &. j. l. proxi.

SI fundum.] CASVS. Promiſiſti mihi dare fundum certa die, & nõ das. teneris mihi ad intereſſe quãti mea intereſt eſſe mihi datum fundum ea die. Franciſ. Accurſius.

t *Interſit.* ergo fructus. Sed cõtra. ſ. de vſur. videamus. ij. §. ſi actionẽ. Sol. vt ibi. Itẽ contra. ſ. eo. ſi filius. §. fina. Sol. vt ibi. Item ſecus ſi dari & tradi: vt. ſ. de vſur. l. iiij. Item tontra ſupra de actio. empt. l. datio. §. j. Solu. vt ibi. Accur.

ITa ſtipulatus. Glo. prima ponit caſum, ideo vide eam. Accurſius.

u *Ita ſtipulatus.* Iſta lex tota ſummatĩ hoc vult dicere: quia aut ſtipulatio incipit à præcedenti cõditione, & cõmittitur tunc cum certũ erit nõ poſſe dari vel fieri: vt ſi Stichũ non dederis, tãtum promittis nomine pœnæ? aut incipit à pactione: vt eſt, promittis Stichum: & ſi nõ dederis, tãtum promittis? & tunc ſtatim cum potuit dari vel fieri. Et eſt ratio, quia in conditionali ſtipulatione non antè cedit dies quàm fuerit impleta conditio: vt infra de verborum ſigni. l. cedere diẽ. ſed in pura quando incipit à pactione, tunc ſtatim: vnde pœna ſtatim cõmittitur. quod intellige cũ extra iudiciũ interpellatus fuit congruo loco & tempore. Acc.

† factam.

* Pulchrè in hanc l. Alciat. lib. paradox. 1. ca. 10. & duob. ſeq.

x *Loco.* in iudicio, vel etiam alibi. Accur.

y *Certo die.* opp. ergo habetur pro expreſſo: vt ſupra eo. triticũ. & ſi cer. pet. l. cum quid. ſed hic agebatur tantum à ſtipulatore: in illis ab vtroq;. vel quia dicitur te ſiſti certo loco, ſic accipe, quia conuenerat inter nos vt ſiſteres certo die: & ante diem te certificarem. cum id propoſueram: per errorem omiſi. non valet ſtipulatio: vt hic. ſecus in damno infecto, quia ibi ſpeciale eſt vt ſeruetur quod de conſuetudine eſt de die: vt ibi dicitur: vt. ſ. de dam. infec. ſi finita. in princ. quæ eſt contra. vel ibi in perpetuum ſe teneri credebat, hic contra. hic enim actor errando omiſit diem: reus autem nũquam voluit obligare ſe in perpetuum, imò ad diẽ quem proponeret actor in ſtipulatione: ſed ipſe errore omiſit. at ibi vterque hoc agebat, quòd ſtipulatio committeretur quandocunque damno dato: & credebat reus ſe ſic teneri promittere: vnde iudex reo ſubuenit: vt ibi. vel hic à ſtipulatore tãtum agebatur vt teneatur ad id tempus quod de conſuetudine eſt, & nõ in perpetuum. & ideo non valet. ibi ab vtroque. Item contra ſupra qui ſatiſda. cog. de die. Solu. vt ibi. Accur. ADDITIO. Dic quòd illa lex habet duas lecturas. nam intelligitur primo de diſcordia quæ eſt inter partes de die apponenda in ſtipulatione ante contractam ſtipulationem: & ſecundum hoc non obſtat huic. l. Alio modo intelligitur primo de diſcordia poſt ſtipulationem interpoſitam, in qua dies fuit omiſſa & tunc ob. & quidam ſoluerent quòd

quòd ibi in ſtipulatione iudiciali: hic in conuentionali, ſecundum Barto. hic.

a *Non ſecus*. ſed idem.

b *Stipulatus eſſem*. vt ſupra eo. triticum. & de lega. ij. quidam in teſtamento. Accurſius.

c *Non demonſtrato*. & hoc non valet: vt ſupra de eo quod cer. lo. l. iij. §. ſi quis inſulam. & de iudi. eum qui inſulam.

d *Nomine*. nihil valet: vt. ſ̃. de iur. do. cũ poſt. §. gener. Sed contra ſupra eod. l. qui ex pluribus. Solu. ibi adiectum fuit nomen: quia promiſit vnum de fundis Seianis: hic nullo modo. vel hic agebatur vt certus promitteretur: ibi non. Item opponitur vt ſupra de optio. lega. l. ij. ſed ſecus in homine in genere promiſſo, vel legato. & eſt ratio ſupra eod. inter ſtipulãtem. §. ſacram. ibi, homo liber, &c. & de lega. j. quod in rerum. §. fin. & l. penult. in fin. Et eodem modo opponitur & reſpõdetur de domo: vt ſupra de leg. j. ſi domus. licet ſit arg. contra infra de verbo. ſignifi. locus. §. fin. Item videtur contra ſupra eod. vbi autem non apparet. in princ. ſed reſpon. vt ibi expoſui.

ſiſteres: imperfecta erit ſtipulatio: non ſecus [a] ac ſi quod pondere, numero, menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri, menſuræ, ſtipulatus eſſem: [b] vel inſulam ædificari, non demonſtrato [c] loco: vel fundum dari, non adiecto nomine. [d] Quod ſi ab initio id agebatur, vt quocumque die [e] ſiſteres: & ſi non ſtetiſſes, pecuniam dares: quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta, vires habebit. nec ante committetur, quàm fuerit declaratum reum promittendi ſiſti non poſſe. [f] Sed & ſi ita ſtipulatus fuero: *Si in Capitolium non aſcenderis, vel Alexandriam non ieris, centum dari ſpondes?* non ſtatim committetur ſtipulatio, quamuis Capitolium aſcendere, vel Alexandriam peruenire potueris: [g] ſed cum certum eſſe cœperit te Capitolium aſcendere, vel Alexandriam ire non poſſe. Item

e *Quocumque die*. non ergo palam exprimitur: ſed obiicitur ſupra eod. l. quidquid. Reſpon. æſtimatur omiſſum quantum ad actionem pariendam: non quantum ad vitiandam ſtipulationẽ in totum: & ſic pro nõ facta eſt [a] ſtipulatio ſine adiectione diei. C ſic enim dicẽdo, de die non curauimus: & ideo expectatur commiſſio pœnæ tantum [b] quando aliàs incipit à cõditione, vt ſubiicit: licet hic præcedat pactio veſtita. alij dicunt quocumque die, ſcilicet placet promiſſori.

a] & ſic non perfecta eſt. b] Quaſi in qualibet alia quæ incipit aliàs à conditione &c.

f *Non poſſe*. vel morte, vel alia ratione: vel ſi tempore iam finita ſit actio quæ aduerſus reum ſi ſtetiſſet erat intentanda. Item addunt hic quidam, hoc corrigi per inferiorem diſtinctionem. ſed hoc falſum eſt. Aliud enim in prædicto caſu iudicio ſiſti: quia ibi collatum eſt in arbitrium rei quando faciat: vt ex his apparet, ſecũdum quoſdam. vel hic ſpeciale in iudicio ſiſti. vel verius, hic dies pro omiſſo habetur quo ad obligationem, ſeu actionem: vt modo notaui. Accurſius.

g *Peruenire potueris*. & non feceris. Accurſius.

h *Item ſi quis*. ſtipulatio quæ à conditione faciendi cœpit quando committatur, dictum eſt: nunc de ea quæ à conditione dandi.

i *Si Pamphilum*. ſ̃. de condic. cau. da. l. quod Seruius. Accur.

k *Sabinus*. contradicens Pegaſo in totum. ſed nec ipſius ſententia valet, niſi in caſu, id eſt cum res non incipit à conditione. cum vero incipit à conditione, valet: neque id verum eſt quod Pegaſus dicit. non enim ſuſpenditur, ſed ſtatim committitur pœnalis ſtipulatio vel obligatio, ac ſi ſub alternatione illud aut illud ſit ſtipulatus. & eſt alterum in ſolutione, alterum in obligatione: facultas vero erit reo non ſoluendi donec conueniatur reus, ad exemplum noxalis. vel verius ſeruabis Pegaſum vbi à conditione inceperit. Accurſius. D

l *Ex ſententia*. quæ ante omnia inſpicitur: vt infra de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Accurſius.

m *Potuiſſet dari*. nec ſit datus: vt. ſ̃. eo. ſi ex legati.

n *Agendum*. non ergo expectandum eſt quouſque Pamphilus deſinat poſſe dari. M. in mora ergo videtur ſi nihil impediat quo minus daret, & non dedit: vt ſupra de actio. empti. l. datio. §. ſi per venditorem. Sed & alia exiguntur: ſcilicet quòd interpelletur, & credat ſe debere, ſecundum H. vt in diſtinctione de mora diximus. Vel forte non exigitur mora vel interpellatio, quia non ex mora ſed ex conditionis euentu committitur ſtipulatio: ſicut & vbi pactio præceſſerat nuda: vbi non poterat eſſe mora, quia nulla petitio: & tamen committitur lit. conteſt. vt. C. eo. de contra, vel commit. ſtipul. l. nuda. & infra eo. ſi pupillus. Nec eſt con-

ſt. Nouum.

A tra. id quod dicit, quòd exigatur interpellatio, & credat ſe debere infra de fideiuſſo. l. fideiuſſor oblig. in fin. quia ibi loquitur in diuerſis perſonis. In eo autem qui ſcit ſe promiſiſſe, non exigitur interpellatio vt ſtipulatio committatur pœnalis. non enim videtur celatus, &c. vt ſupra de actio. emp. l. j. in fin. Sed an poſſit hæc mora purgari? quidam ſic, alij non, cum ſit facta de iure communi. ſed plene dic vt ſupra ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. Accurſius.

ſi quis [h] ita ſtipuletur: *Si Pamphilum* [i] *non dederis, centum dari ſpondes?* reſpondit Pegaſus non antè committi ſtipulationẽ, quàm deſiiſſet poſſe Pamphilus dari. Sabinus [k] autem exiſtimabat, ex ſententia [l] contrahentium, poſtquam homo potuit dari, [m] cõfeſtim agendũ: [n] & tandiu ex ſtipulatione [o] non poſſe agi, quandiu per promiſſorem non ſtetit quominus hominẽ daret. Idq́; defendebat exemplo penus legatæ. [p] Mucius etenim B heredem, ſi dare potuiſſet penũ, nec dediſſet, confeſtim in pecuniam [q] legatam teneri [r] ſcripſit. ídq; vtilitatis cauſa receptum eſt ob defuncti [ſ] voluntatẽ, & ipſius rei natura. [t] Itaq; poteſt [u] Sabini ſentẽtia recipi, [x] ſi ſtipulatio non à conditione cœpit: veluti, [y] *Si Pamphilum non dederis, tantum dare ſpondes?* ſed ita [z] concepta ſit ſtipulatio, *Pamphilũ dari ſpondes?* [a] *ſi non dederis, tantum dari ſpondes?* quod [b]

o *Ex ſtipulatione*. ſcilicet pœnali. Accur.

p *Legatæ*. hoc modo, penum lego: & ſi non dederis, decẽ dato. vel ſic. ſi penũ non dederis, decem dato: vt hic, & ſ̃. de penu. lega. l. j. per totum. & ſ̃. ad. l. Fal. l. j. §. ſi ita. & quando dies leg. ce. ſi penum. Accur.

q *In pecuniam*. quæ legata erat ſi penum non daret. Accurſius

r *Teneri*. id eſt vt pecuniam pręſtet cum penũ nõ det qui dare poteſt.

ſ *Defuncti*. cuius adimplendæ ſtudioſi eſſe debemus. Accurſius.

t *Naturã*. pẽdet enim conditio de poteſtate heredis. ſecus ſi legatarij: vt ſi non aſcenderis Capitolium, tibi lego decem: quia caues, & percipis: vt. ſ̃. de condit. & demon. l. Mucianæ. & in penu verum puto quod dixit Sabinus. ſed alij & in penu diſtinguunt, vt in ſtipulatione: vt incipiat à conditione vel pacto. quod non placet: vt modo ſupra notaui.

u *Itaque poteſt*. modo diſtinguit, & dictionem ſuam modo cum dicto vnius, modo cum dicto alterius approbat. Accurſius.

x *Recipi*. quæ eſt vt ſtatim poſt moram agi poſſit.

y *Veluti*. hic incipit à conditione: & ſeruatur Pegaſi ſententia.

z *Sed ſi ita*. hæc eſt vera Sabini ſentẽtia: & nõ incipit à cõditione.

a *Spondes*. Apparet ex prædictis quòd vbi à pactione veſtita pœnalis ſtipulatio incipit, committitur quando cœpit dari vel fieri poſſe quod in pacto deuenerit. ſecus ſi nuda pactio præceſſit, quia tunc lit. conteſt. vt. C. de cõtrahen. & commit. ſtipul. l. nuda. Sed contra. ſ̃. ea. l. §. quod ſi ab initio. vbi præceſſit pactio veſtita, nec tamen ſeruatur opinio Sabini, ſed Pegaſi. Solu. vt ibi dixi. Si vero à conditione cœperit obligatio, tunc quando deſiit poſſe dari vel fieri quod in conditione præcedebat. & ſic oppo. infra de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. §. fina. Solu. ibi pactio facta cum reo præceſſit ſtipulationem quæ cum fideiuſſore facta videtur: quia mora rei & pactio ſua fideiuſſorem obligant, ſecundum Io. Item oppo. ſupra eo. l. ſi Titius. contra. Solu. ibi loquitur in quadam ſtipulatione implicita. & in implicitis regulæ legiſtarum ſicut dialecticorum deficiunt. Regula dialecticorum hæc eſt: De D quolibet affirmatio vel negatio vera. fallit: quia ſi ego dico, ego iuro me peierare: non potes dicere quòd bene iurem: quia peieraui. Item nec quòd male: quia ſi iuraui peierare, & peieraui: feci quod iuraui. ſimiliter eſt in hoc: Ego dico falſum: quia ſi dicis quòd dicit verum, & ipſe dicit ſe dicere falſum: ergo verum eſt ipſum dixiſſe falſum. ſi autem dicas quòd dicit falſum, & ipſe non dicit niſi hoc, ego dico falſum: ergo falſum eſt ipſum dicere falſum: ergo dicit verum. & iſtæ locutiones dicuntur implicitæ apud legiſtas: vt ſi Titius non erit heres, Seius heres eſto: & econtra ſi Seius heres non erit. Titius heres eſto. & hic ſimiliter, vt ſi Titius ſtipuletur, ſi Seio decem non dederis, mihi dare ſpondes? & ecõtra Seius, ſi decem Titio non dederis: mihi dare ſpondes? Item op. ſupra de manumiſ. teſtamen. l. libertas. §. j. Solu. ibi ſpeciale. Item in penu ſimiliter eſt ſpeciale: vt ſupra. §. Sabinus. verſi. ídq; defen. &c. & hoc not. ſupra ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. & facit. C. de pact. l. ſi pacto. Accurſius.

b *Quod*. pro ſed. & dicas quòd diſtinctionem ponit in caſibus in quibus habet locum Sabini opinio. nam ſi pactio pręcedit, aut id agitur vt prima actio trãſeat in ſequentem ſtipulationem: & nouatur prima: vt. ſ̃. tit. j. obligationũ fere. §. fin. quo caſu exiſtente

conditione tantum id quod in ſequenti ſtipul. eſt dictum, petere potero, quia id actum eſt. aut eſt actum quòd vtraque maneat, & ex vtraque agetur exiſtente conditione: vt & ſupra de tranſ. l. pe. §. pen. & antepen. & hoc dicit. ſed ordine diuerſo. hic enim eſt ordo legendi, quòd pro ſed. & ſine dubio verum erit, vt ſi homo datus non fuerit: & homo & pecunia debeatur, cum id actum probatur. Accurſius.

a *Erit.* tunc ſcilicet.

b *Cum.* id eſt quando. nam aliter non: vt hic, & ſupra titu. j. l. obligationum fere. in fin. & §. pen. in fin. Accurſius.

c *Probatur.* præſumitur ergo nouatio, niſi contra probetur: vt hic, & ſ. tit. j. l. obligationũ fere. in fi. & ſ. de tranſac. l. qui fidē. ſed. j. innuitur contra, quoniã voluntas, &c. nam ibi probatur quod non fuerit nouatio. ſed dic ibi probari eoipſo quòd nõ probatur contra. hodie vero non præſumitur: vt C. de noua. l. fi. Accur.

d *Nõ fuerit.* poſtquam potuit dari. Accur.

e *Pecunia.* ex vtraque obligatiõe vires habēte nulla facta nouatione.

f *Defendendum.* vt ſola pecunia tunc debeatur. vel dic vt ſtatim poſt moram agi poſſit vbi cœpit à pactione veſtita obligatio. ſed primæ expoſitioni melius adiungitur, quoniam, &c. Tertij dicunt idem defen. &c. vt inſpicias vtrum probetur id fuiſſe actum, vel non. ſed approbo primam.

g *Soluatur.* qui in ſolutione eſt antę moram.

ſine dubio verum erit,[a] cum[b] id actum probatur,[c] vt ſi homo datus non fuerit,[d] & homo & pecunia debeatur. Sed & ſi ita cautum ſit, vt ſola pecunia[e] non ſoluto homine debeatur, idem defendendum[f] erit: quoniam fuiſſe voluntas probatur vt homo ſoluatur,[g] aut pecunia[h] petatur.

Non ſequitur priuatio, niſi præcedat habitus. Bartolus.

CXVI. IDEM *libro quarto Quæſtionum.*

B

Decem ſtipulatus à Titio, poſtea quanto minus ab eo conſequi poſſes, ſi à Mæuio ſtipularis: ſine dubio Mæuius vniuerſi periculum[i] poteſt ſubire. Sed & ſi decem petieris à Titio, Mæuius nõ erit ſolutus[k] niſi iudicatũ Titius fecerit. Paulus notat: nõ enim ſunt duo rei[l] Mæuius & Titius eiuſdem obligationis, ſed Mæuius ſub conditione debet,[m] ſi à Titio exigi non poterit. igitur nec Titio conuento Mæuius liberatur, qui an debiturus ſit, incertum eſt: & ſoluente Titio non liberatur Mæuius, qui nec tenebatur, cum conditio ſtipulationis[n] deficit: nec Mæuius pendente ſtipulationis conditione rectè poteſt conueniri. à Mæuio enim ante Titium excuſſum[o] non rectè petetur.

h *Pecunia.* quæ ſola in obligatione eſt. M.

i Decem. *Periculum.* in toto, vel in parte, ſecundum quòd Titius in toto vel in parte non eſt ſoluendo: * vt infra de ver. ſignifi. ſi ita à te ſtipulatus. & infra de ſolu. l. ſi decem.

k *Non erit ſolutus.* id eſt expeditus, quoniam adhuc poteſt obligari. & ſic improprie ponitur. ſic & ſupra de heredi. vendi. quod ſi ſit. & ſecundũ hoc quod ſubiicit, Paul. not. id eſt ſcribit approbando prædicta. non enim, &c. vel dic ſecundũ Ir. ſolutus. id eſt liberatus, & ſic proprie. & ſecundũ hoc dicit, Paulus not. id eſt reprehēdit. nõ enim, &c. nam ſic loquebatur quaſi iam fuiſſet obligatus: quod non eſt verũ: vt Paulus dicit. Et eſt reprehenſio ſimilis. ſ. de in ius. vocan. l. libertus. ij. in verſi. remiſſa. & facit. ſ. man. l. inter cauſas. §. fina. & infra de reg. iur. l. ſi quis obligatione.

l *Rei.* ſcilicet debendi. Accurſius.

m *Sub conditione debet.* ſcilicet hac. R.

n *Stipulationis.* quia interim nihil debet: vt. ſ. de pigno. l. grege. §. ſi ſub conditione. Accurſius.

o *Excuſſum.* ſi dubitetur an poſſit ſoluere debitum ſolidum. aliàs ſi certum eſt habere quinque tantum, quaſi impleta conditione ſtipulationis à Mæuio petam, vt argu. ſ. de actio. empt. l. emptorem. §. j. & ſic ſoluitur contra. ſ. ſi cer. peta. l. fina. j. reſpon.

a] Scribē hic maxime Bal. dicunt hanc gl. fore nota bilē ad hoc propoſitum quòd fideiuſſor poteſt conueniri principaliter ſine alia excuſſione, quãdo conſtat ſeu notoriũ eſt debitorē principalem pro quo intereſſit, non eſſe ſoluēdo: qui b9 adde Bar. in. l. fina. ſ. ſi cer. pe. & in l. ſi ſeruũ. §. nunc videamus. & in l. decē. eo. tit. & aliquid in c. ex rupto. & ibi Bald. extra de iu reiur. vbi dat aliã limitatione ad authē. præſente. C. de fide iuſ. quã per hũc tex. limitabis. Pau.

*I centum.*] CASVS. Stipulatus ſum centum homines, quos ego vel heres meus elegerimus. mortuus ſum antequam eligam, duobus heredibus relictis. ſtipulatio diuiditur, vt pro ea parte qua quiſque heres eſt, eligat. ſi autem prius elegero quàm ipſi ſuccedant, tunc non poterunt eligere: ſed pro portione ſerui electi cuiuſque erunt. Franc.

p *Stipulatio.* vt pro ea parte qua quiſque heres eſt, eligat, & in ea ſuccedat. ſcilicet quinquaginta. Sed quid ſi duos heredes inſtituit: & ſic aliquis ſeruus inuenitur qui non poteſt diuidi numero: quia diſpar ſit numerus? Reſpon. in eo portiones hereditarias haberi, ac ſi vnum eſſem ſtipulatus. Accurſius.

q *Succeſſerint.* hic pro portione hereditaria electi ſerui cuiuſque erunt: vt. j. de ſolu. l. cum Stichus. & ſ. eo. l. in ſtipulationibus. A

CXVII. IDEM *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI centum homines quos ego hereſve meus elegiſſet, ſtipulatus, antequã eligerem, duos heredes reliquero: numero diuiditur ſtipulatio.[p] Diuerſum erit ſi iam electis hominibus ſucceſſerint.[q]

Liber homo bonæ fidei poſſeſſori ex ſtipulatione obligatur: & ex qua cauſa ab alio ſtipulando mihi adquirit, ex eadem tibi promittendo non obligor. Item ex promiſſione facta fructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori à ſeruo, dominus de peculio nõ tenetur. Bar.

CXVIII. IDEM *libro viceſimoſeptimo Quæſtionum.*

Liber homo qui bona fide ſeruit mihi, quod ſtipulanti mihi promittit, prope eſt[r] vt omnimodo ſit vtile,[ſ] quamuis ex re mea[t] promittat.[u] Nam quid aliud dici poteſt quo minus[x] liber homo teneatur? Nec tamen ideo ſi ſtipulanti eidem ex eadem cauſa[y] ſpondeã, tenebor. Quemadmodum etenim habebit eius actionem aduerſus me, quod ab alio ſtipulatus quæreret mihi?[z] Hoc itaq; latere, fructuario ſeruo, vel alieno qui bona fide ſeruit, cõparabitur.[a] Seruus autem[b] fructuario ſi promittat ex re ipſius, vel alienus qui bona fide ſeruit,[c] emptori:[d] nulla de peculio

C

*Liber homo.*] CASVS. Quidam liber homo bona fide mihi ſeruiebat: promiſit mihi aliquid ex re mea, puta penſionem domus meæ. an mihi teneatur? Videtur quòd non: quia ſeruus non obligatur domino ſuo. ſed tamen hic eſt aliud: quia iſte liber homo qui bona fide ſeruit, poteſt mihi obligari. nec tamen hoc locum habet à contrario: ſcilicet ſi ego ei aliquid promittam ex re mea, quòd illi tenear. Nam quomodo tenerer ei? quia etiam ſi ab alio aliquid ſtipulatus eſſet, mihi illud quæreret. Vſque ibi, hic itaque. ponit exemplum: quia ſi ſeruus fructuarius, vel alienus promittit fructuario vel emptori ex re ipſius, non datur actio de peculio in dominũ verum ipſius ſerui, quia in his caſibus fructuarius vel emptor habentur pro dominis. [DECEM HODIE.] Certum eſt quòd ſi quis promittat mihi idibus Ianuariis ſoluere: non potero eum conuenire niſi vltima die iduum tráſacta. ſed ſi quis promittat hoc modo: promitto hodie ſoluere decem: nec videtur nimis cito peti: quia hic non eſt dies appoſita cauſa differendæ obligationis: ſed vt oſtendatur præſens fuiſſe obligatio.

[DECEM MIHI.] Stipulatus ſum à te hoc modo: promittis mihi decem, aut Titio? tu reſpondes, promitto quo ad id quod mihi promiſiſti, habeo actionem certi ex ſtipulatu. quo autem ad reſpectum Titij, habeo actionem incerti ad intereſſe: quia ſi mea interfuit potius ſolui Titio ideo quòd ſub pœna ei promiſeram, certe teneris mihi ad intereſſe, ſi non ſolueris Titio. Franciſcus.

r *Prope eſt.* philoſophicum temperamentum eſt. nam bene eſt vtilis & tenet: & ideo dicit prope, quia quantum ad effectum non videtur vtilis, niſi cum appareret illum eſſe liberum: tunc enim demum agit ex ea ſtipulatione. nam ante non agit cum putat eum eſſe ſuum ſeruum. argu. ſupra commo. l. ſi is qui. §. ſi libero. & ſecundum hoc intelligitur quod hic dicitur, & ſupra de adquiren. rerum do. l. homo liber. §. j. & facit infra de ſtipu. ſeruo. l. liber homo.

D

ſ *Vtile.* quia perſona eſt quæ obligari poteſt.

t *Ex re mea.* non enim rem meam promittit. Accurſius.

u *Promittat.* puta penſionem domus meæ. Accurſius.

x *Quo minus.* id eſt quàm vt teneatur. Accurſius.

y *Ex eadem cauſa.* id eſt ex re mea. Accurſius.

z *Quæreret mihi.* nullo modo propter regulam Iul. vt ſupra de vſufruct. l. ſed & ſi quid. j. §. & generaliter.

a *Comparabitur.* in hoc conueniunt liber homo bona fide poſſeſſus, & ſeruus alienus, & fructuarius. omnes enim de re noſtra nobis adquirunt. Item ſi eis non ex re mea promittam, non teneor. ſed in hoc differunt: quia liber homo promittens domino, obligatur: at illi minime. & hoc nota. his verbis, ſeruus autē, &c. ſecundum R. Accurſius.

Liber homo & ſeruus alienus bona fide poſſeſſi, nobis de re noſtra adquirunt.

b *Autem.* pro ſed.

c *Seruit.* ſcilicet bonæ fidei poſſeſſori qui emit. Accurſius.

d *Emptori.* ex re emptoris.

Actio.

dabitur in dominum actio. [a] nam in his cauſis domini eſſe intelleguntur. [b]

Adiectio inſtantis temporis exactionem non differt. Barto.

*Decem hodie dari ſpondes?* Dixi poſſe vel [c] eo die pecuniam peti, nec videri præmaturius agi non finito ſtipulationis die: quod in aliis temporibus [d] iuris eſt. Nam peti non debet [e] quod intra tempus comprehēſum ſolui poteſt. [f] In propoſito [g] enim diem non differendæ actionis * inſertum videri, ſed quò præſens oſtendatur eſſe reſponſum.

B

Si datio referatur ad ſtipulatorem, obligatio continet certum. ſi ad alium, continet incertum. Bartolus.

*Decem mihi aut Titio, vtri ego velim, dare ſpondes?* Ex eo quod mihi dandum eſt, certi ſtipulatio eſt: [h] ex eo quod illi ſoluendum, incerti. [i] finge mea intereſſe, Titio potius quàm mihi ſolui, quoniam pœnam [k] promiſeram ſi Titio ſolutum non fuiſſet.

Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata. Bartolus.

CXIX. IDEM *libro trigenſimoſexto Quæſtionum.*

DOli clauſula quæ ſtipulationibus ſubiicitur, [l] non pertinet ad eas partes ſtipulationis, de quibus nominatim cauetur. [m]

Conditio de præterito deficiēs reddit ſtipulationem inutilem ab initio. Bartolus.

CXX. IDEM *libro trigenſimoſeptimo Quæſtionum.*

SI ita ſtipulatus fuero, *Hanc* [n] *ſummam centum aureorum dari ſpondes?* etſi maximè [o] ita exaudiatur ille ſermo, *Si modo centum aureorum eſt*, non facit conditionem hæc adiectio: [p] quoniam ſi centum non ſint, [q] ſtipulatio nulla eſt. [r] nec placuit inſtar habere conditionis ſermonem qui non ad futurum, ſed ad præſens tempus refertur, etſi contrahentes rei veritatem [ſ] ignorant.

a *Actio*. niſi deducatur id peculiū quod penes bonæ fidei poſſeſſorem eſt: vt ſupra de pecu. l. ſi creditor. §. fina. vel nulla ex promiſſione, ſed aliàs ex contractu alio ſic, vt ibi.

A

b *Intelliguntur*. fructuarius & bonæ fidei poſſeſſor. vnde tanquam à ſuo non valet ſtipulatio. ad quod eſt ſupra de bo. aucto. iudi. poſſ. l. in venditione. §. j. Accurſius.

c *Vel*. pro ſaltem. & aliàs pro etiam.

d *In aliis temporibus*. vt in kalendis, vel in idibus, vel in annis: vt præmaturius videar agere: vt inſtitu. eod. §. omnis ſtipulatio. verſi. in diem. & ſupra eod. l. eum qui kalendis. & l. qui hoc anno. quæ ſunt contra. Accurſius.

e *Non debet*. licet poſſit ipſo iure.

f *Poteſt*. ex voluntate, non ex neceſſitate: vt infra de ſolu. quod in diem.

* Subauditur cauſa vel gratia. Vide Anto. Aug. lib. 2. ca. 1.

g *In propoſito*. ſcilicet caſu. & facit. s̃. eod. l. ſi decem cum petiero. & ſupra de lega. j. talis. §. quod ſi forte. Accur.

h *Stipulatio eſt*. ſcilicet mihi.

i *Incerti*. id eſt condictione incerti ad intereſſe quod eſt incertum, competit, mihi ſcilicet, nō illi: vt &. C. de inuti. ſtipu. l. iij. in fin. &. s̃. ſi quis in ius voca. l. fin. & dicitur incertum, inſpecto principio. ſed iudex facit certum. Accur.

k *Pœnam*. ſcilicet poſt ſtipulationem: & ita incertum erat eo tempore, ſcilicet cōtractæ ſtipulationis, quantū cōſequeretur. Accur.

DOli clauſula.] CASVS. Vendidiſti mihi fundum quēdam, & ſtipulatus ſum à te quòd non eſt cuiquam obligatus. Item quòd nullam ſeruitutem debet: deinde ſubiicio clauſulam generalem hoc modo, & quòd in ea venditione nullum dolum committis. certe iſta clauſula generalis non pertinet ad duas ſuperiores expreſſas, ſed ſi aliquem alium dolum committas excepto eo quod ſupra expreſſum eſt. Franc. Accur.

l *Subiicitur*. expreſſe.

m *Cauetur*. dolum non committi, & ſubaudiunt quam in ſi. tantum. Et not. generale verbum non pertinere ad ea de quibus nominatim cauetur: arg. ſupra qui. ex cau. ma. ſed ſi per prætorem. §. hæc clauſula. verſi. deinde. & no. ſupra eo. l. ſtipulationes. & facit ſupra de alimen. lega. l. alimenta. §. baſilicæ. & infra de pœnis. l. ſanctio legum. & de vulga. ſubſtit. l. coheredi. §. qui patrem. Sed arg. contra ſupra ad. l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit. in fin. ſed ibi generalis clauſula fiebat tantum pro his quę expreſſa ſunt, hic pro aliis. vnde non refertur ad nominata. Item arg. contra ſupra de aliment. lega. l. libertis quos. in princ. ADDITIO. Dic quòd ibi ſpeciale & generale proferuntur ob eandem cauſam, & in diuerſis ſcripturis, ſecundum Bart. hic.

Verbum generale non reſpicit aut pertinet ad ea de quib' nominatim cauetur.

SI ita ſtipulatus.] CASVS. Erat in conſpectu noſtro, id eſt tuo & meo, ſumma quędam pecuniæ, quam putabamus eſſe centum aureorum. dixi tibi, promittis mihi ſummam iſtam centum aureorum? tu dixiſti, promitto, ſi modo centum aureorum eſt. quæritur hic, quid hæc conditio, ſi modo centum aureorum eſt, ff. Nouum.

operetur? Reſpon. quòd nihil prodeſt talis cōditio, quia non eſt proprie conditio dicenda, quæ non ad futurum, ſed ad præſens refertur, licet ipſi contrahentes ignorent rei veritatem. Franc.

n *Hanc*. facta demonſtratione. Accurſius.

o *Maximè*. nam & aliter exaudiri poteſt, puta quam puto ſummam centum aureorum eſſe. ſic ſupra de condi. inſtitu. l. inſtitutio. Accurſius.

p *Hac adiectio*. vel quia tot ſunt, & valet. vel non ſunt tot, & non valet. proprie ergo eſt conditio quæ in futurum eſt: vt ſupra ſi cer. peta. l. itaque. & ſupra de iniu. teſta. l. cum in ſecundo. ſiue itaque nominatim fuit adiectum, ſummam quæ centum aureorum eſt, ſiue non fuit dictū quę eſt, ſed tantùm centum aureorum, ſemper ita demum valet ſtipulatio, ſi centū aurei ſunt: nec eſt conditionalis proprie: vt dixi.

q *Non ſint*. ſed pauciores. Accurſius.

r *Nulla eſt*. ſupra de lega. j. l. ſi ſeruus legatus. §. qui. v. contra. Sol. hic actum fuit vt aliàs non valeat: ibi non eſt actū.

ſ *Veritatem*. veluti ſi rex Francorum viuit: vt inſtitut. eod. §. penult. Accurſius.

Qui promiſit cauere ad ſenſum ſapientis, & non cauet: ad intereſſe tenetur. Bartolus.

CXXI. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

EX ea parte cautionis, [t] *Dolúmque malum huic rei promiſſioníque abeſſe abfuturúmque eſſe ſtipulatus eſt ille, ſpopondit ille:* incerti [u] agetur ſtipulationis vtiliter interponendæ [x] gratia.

Poteſt maritus ſe obligare vxori ad pœnam, ſi tenuerit concubinam. Baldus.

Mulier ab eo in cuius † matrimonium conueniebat, [y] ſtipulata fuerat ducenta, ſi cōcubinæ tempore matrimonij conſuetudinem repetiſſet. Nihil cauſę eſſe reſpondi, cur ex ſtipulatu * quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta cōditione pecuniam adſequi [z] non poſſit. [a]

† intelligit de ea ſpecie matrimonij qua vxor in manum viri conueniebat, vt eſt apud Ciceronem in Topicis.

* ſtipulatione.

C

Non ſufficit ciuiliter factū. Bart.

In inſulam de portato reo promittendi, ſtipulatio ita concepta, *cum morieris, dari?* non niſi moriente [b] eo committitur.

Quando dolus purgatur per actionem ex cōtractu, datur actio contra heredem etiam ante litem conteſtatam. Paulus.

Ex facto rei promittendi, doli ſtipulatio heredem eius tenet: ſicut ex cæteris aliis contracti-

EX ea parte.] CASVS. Si quis promittat dolum malum abeſſe, vel abfuturum eſſe: ſi non facit quod promiſit, poteſt agi cum eo incerti ad intereſſe, propter ſtipulationem interpoſitā. [MVLIER.] Titius habebat concubinam quandam. Berta volens nubere Titio, timebat ne aliquādo iterum reuerteretur ad concubinam: ideo ſtipulata eſt ab eo centum aureos ſi tempore matrimonij reaſſumeret concubinam ſuam. vtrum hæc ſtipulatio ſit licita? Reſpon. quòd ſic: eſt enim ſecundum bonos mores. [IN INSVLAM.] Stipulatus ſum à Mæuio centum aureos cum morietur. deportatus eſt ipſe Mæuius in inſulam. vtrum petere poſſim centum aureos? dicitur quòd non: quia oportet expectari mortem naturalem: nec ſufficit ciuilis. [EX FACTO.] Promiſiſti mihi dolum abeſſe: an hæc promiſſio tua tranſeat contra heredem tuum? Reſpon. quòd ſic. Franc.

D

t *Ex ea parte cautionis*. quæ ſequitur. Accurſius.

u *Incerti*. id eſt ad intereſſe condictione certi: vt & ſupra de arbit. l. diem. §. fin. Accurſius.

x *Interponendæ*. id eſt interpoſitæ. ſic tempus pro tēpore, & econtra ponitur. C. de legi. & conſtitu. l. j. Vel proprie [a] hic promiſeras mihi promittere ad ſenſum ſapientis mei, qui poſtea dicit ſub pœna dupli promitti, vt interponas agam.

a] Ioan. de Imo. hic reputat iſtam glo. ſing. ad hoc quod ſapiens poteſt declarare ꝙ in contractu celebrando remiſſo ad conſilium ſapientis quis ſe obliget ad pœnam. Bol.

y *Conueniebat*. id eſt reconciliabatur. Accurſius.

z *Adſequi*. quia conſuetudinem repetiit. Accurſius.

a *Non poßit*. à marito. & facit ſupra eod. ſi ita ſtipulatio facta fuerit.

b *Niſi moriente eo*. naturaliter. & ſic not. quòd appellatione mortis, naturalis intelligitur, non ciuilis. ſic ſupra de leg. ij. cum pater. §. hereditatem. & de donat. inter vi. & vxor. l. ſed ſi mors. §.

cum igitur.& argu.de lega.ij.l. ſi ita quis. §.is cui.& in authenti. de nup.§.ſecundum occaſionem.colla.iiij.Sed arg.contra.ſ. pro ſocio.l.actione.§.publicatione.& de bon.poſſ.contra tabu. l.j.§. A fin.Accur.

a *Depoſiti*.ſecus in delictis:de quibus dic vt C.ex delictis defun. l.j.& fa.ſ.tit.j.ex depoſiti.&.ſ.depo.l.ſi hominem.§.datur.&.j.de regu.iur.l.ad ea.§.fi.

bus:veluti mandati,depoſiti.[a]

Si tempus adiicitur gratia creditoris vel vtriuſque,nō poteſt ſolui ante tempus.Item oblatio facta in congruo loco & tempore, debitorem non excuſat.Bar.

CXXII. SCÆVOLA *libro viceſimooctauo Digeſtorum.*

QVi Romæ† mutuam pecuniam acceperat [b] ſoluẽdam in longinqua prouincia [c] per* menſes tres,eámque ibi [d] dari ſtipulanti ſpopondiſſet:poſt paucos dies Romæ teſtatò [e] creditori [f] dixit,[g] paratum ſe eſſe Romæ eã numerare,[h] detracta ea ſumma quam creditori [i] ſuo vſurarũ nomine dederat.Quæſitum eſt,cum in integrum [k] ſummam qua* ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit: [l] an eo loco [m] in quo ſoluenda promiſſa eſt, ſua die [n] integra peti poſſet. Reſpondit, poſſe ſtipulatorem ſua die ibi vbi ſoluendam ſtipulatus eſt,petere.[o]

† Iſte tex.eſt fin. ad hoc, quòd vbi creditor recuſat recipere pecuniã: tunc ſufficit oblatio verbalis,& multo magis in ſacculo. ita cõmuniter firmant doctores hic. Bol.

* poſt.

* in quã ſtipulatione.

Qui eſt poſitus ad recipiẽdã ſolutionẽ,nō poteſt terminũ ꝓ rogare,niſi tempus & locus fuerint in eius voluntatem collata.Bar.

B Callimachus mutuam pecuniam [p] nauticam accepit à Sticho

QVi Romæ.] CASVS Eramus Romæ tu & ego.carebas pecuniis: quare ad me veniſti petẽs vt tibi pecuniam mutuarem ſub vſuris: quam promittebas mihi reddere Pariſius poſt tres mẽſes: dediſtíque mihi certam partem vſurarum. poſt paucos dies veniſti ad me, & obtuliſti mihi pecuniã quam mutuatus fueras à me, detracta ea ſumma vſurarũ quã mihi dederas.ego nolui recipere pecuniam.poſt hæc cum veniſſemus Pariſius,volui te ibi conuenire.vtrum poſſim?Reſpond.quòd ſic: licet mihi pecuniam Romæ obtuleris.[CALLIMACHVS.] Caſus planus eſt.[FLAVIVS HERMES.] Hic.§ ponit tres caſus. Primum inter ipſos contrahentes: alios duos inter heredes contrahentium.Caſus primus talis eſt: Flauius Hermes quidam dedit ſeruum Stichum cuidã Claudio ſub tali pacto, quòd eũ manumitteret:& ſi nõ manumitteret,ſtipulatus eſt Hermes pœnam à Claudio & herede ſuo.vtrum iſte Hermes poſſit conuenire Claudium pro libertate iſtius Stichi?Reſpon.quòd ſic.vſque ibi, item quæro.Ponamus quòd Claudius iſte non manumiſit ſeruũ: & mortui ſunt ambo Flauius & Claudius. heres Flauij vult petere pœnam ab herede Claudij. vtrum heres Claudij poſſit vitare pœnam ſi manumittat ſeruum?Reſpon.quòd ſic. vſque ibi, item quæro. Quid autem ſi heres Flauij Hermetis nolit conuenire heredem Claudij vt manumittat, vel pœnam præſtet: an nihilo minus heres Claudij debeat præſtare libertatem ſeruo propter conuentionem factam ab Hermete & Claudio?Reſpond.ꝙ ſic. C [COHEREDES.] Erant duo coheredes: quidam puta Titius, & mulier quædam: qui diuiſerunt inter ſe omnem hereditatem,excepto quodam fundo:& fecerunt pactũ quòd ſi quis partem ſuam alienare vellet, eam coheredi ſuo venderet, & hoc pretio centum.xxv.& appoſuerunt pœnam ſi aliter factum eſſet, ſcilicet centũ aureorum. Mortuus eſt Titius coheres huius mulieris relictis liberis ſuis heredibus. mulier iſta volens vendere partem ſuam fundi, dixit tutoribus filiorum, quòd fundi partem emerent aut venderent ſecundum conuentionem factam. Tutores noluerunt quicquam facere. hæc ergo mulier vendidit partem ſuam vni extraneo. quæritur, vtrum pœna ſit commiſſa per ipſam? Reſpond. quòd non: quia obſtabit tutoribus doli mali exceptio.[AGERIVS.] Erant duo patresfamilias: vnus habebat filium nomine Agerium: alius, qui dicebatur Publius Mæuius, habebat ſeruũ nomine Stichum.dicebat Stichus ſeruus Agerio filiofamilias, pater tuus debet domino meo ſummam pecuniæ: honeſte faceret ſi ei ſolueret:diu eſt quòd ſibi debet. Agerius ſolicitus pro conſeruatione famæ patris ſui, pro- D miſit huic ſeruo Publij quòd ſolueret ei tantam ſummam quantam conſtaret deberi à patre ſuo Publio Mæuio. mortuus eſt pater Agerij antequam conſtaret quantum deberet huic Publio Mæuio. quæritur, vtrum iſte Agerius poſſit conueniri ab heredibus Publij, vel ab ipſo Publio? Reſpond. quòd non: quia ſtipulatio iſta fuit quaſi conditionalis, quæ non fuit impleta: quare deficit etiam ſtipulatio.[SEIA HERES.] Titius & Seius adminiſtrauerunt tutelam vnius pupillæ. mortui ſunt tutores, & etiam pupilla: vnus tutorum reliquit heredem Seiam. heres pupillæ fecit conueniri Seiam tanquam heredem vnius tutoris actione tutelæ ad reddendam rationem & reliqua. Seia tranſegit cum herede, & ſoluit maiorem partem pecuniæ: in reſiduam cauit, & vſuras promiſit. poſtmodum iſte heres non vult ſeruare tranſactionem factam cum Seia: ſed facit iterum eam cõueniri coram iudice:& victus eſt:appellat:& vbique vincitur. poſtea iſta Seia ſciens tamen ſe debere aliquid de reliquis tutelæ, obtulit ſummam quam debebat. heres pupillæ non vult recipere. quæritur nunc, an iſta Seia teneatur ad vſuras iſtius pecuniæ? Certe reſpondetur quòd non, cum per eam non ſtetit quo minus ſolueret, ſed per heredem qui noluit recipere.[DVO FRATRES.] Titius habens duos filios Seium & Mæuium, moriens inſtituit eos heredes: & fideicommiſit quòd ſi vnus moreretur, reſtitueret hereditatem ſuam alteri fratri. fratres iſti diuiſerunt inter ſe hereditatem, & promiſerunt inuicem ſub pœna nũquam contra hanc diuiſionem venire. moritur vnus fratrum, alter frater petit hereditatem ab heredibus quaſi ex fideicommiſſo relictam. opponebatur ſibi de tranſactione facta cum defuncto,&iudicatum eſt contra eum quaſi de hoc fideicommiſſo etiam tranſegiſſet. Quæritur hic, vtrum pœna quam appoſuerunt ipſi fratres quando diuiſerũt hereditatem, ſit cõmiſſa? Reſpond. quòd ſic. vide gloſ.ſuper verbo,proponuntur. Franciſcus.

b *Acceperat*.& conuenerat,hoc.ſ.ſoluendam &c.

c *Prouincia*.non ergo aliàs ſoluere poteſt inuito ſtipulatore: [vt ſ.de eo quod cer.loco.l.is qui.[a]]

Incluſa deſunt.

a]aliàs,incipit,ſi quis.& eſt.l.penul.

d *Ibi*.in prouincia.Accur.

e *Teſtatò*.id eſt coram teſtibus.

f *Creditori*.à quo acceperat mutuum.

g [*Dixit*.debitor.]

h [*Numerare*.& ſic ante terminum.]

Deſunt in manuſcr.

i *Creditori*.eidem à quo acceperat mutuum, forte aliquid dederat à principio vſurarum nomine. vel dic dederat, id eſt conuenerat dare.ADDITIO. Prior interpretatio verior eſt, per.l. qui in futurum.ſ.de pactis.Cont.

k *Integram*. computato eo quod non primo ſoluit. aliàs litera dicit,cum non integram.& tunc dic non integram, ſine eo quod iam ſoluit.Ioannes.

l *obtulerit*. nec præſtet cæteras vtilitates quas ſtipulator habuiſſet ſi ſuo loco & die facta omnia fuiſſẽt:vt ſupra de eo quod certo loco.l.is qui.[b] & caue quòd non aperit vtrum offerat vſuras futuri temporis,ſed ſortem & vſuram præteritam ſine dubio offert. Quæro ergo,quid ſi debitor ſub vſuris accipiens mutuũ, [per pactum [c]] agat, vt vſque ad annum non ſoluat, nunquid prius poteſt ſoluere?Reſpondeo,non,niſi totius temporis,etiam futuri ſolueret vſuras,cum gratia ſtipulatoris fuerat id pactum. Quid ergo ſi ab initio ſoluerit vſuras duorum menſium?Reſpõdeo,bene poteſt etiam ante ſoluere,cum nihil interſit creditoris. Item quid ſi dedit pignus vt loco vſurarum creditor fructus caperet cum pacto vt non liceat luere in eo anno? Reſpondeo,non luet ante: ſecus ſi conueniſſet in perpetuum non luere: quia non valet, quia magis alienare quàm obligare videtur: vt in authent. de aliena. & emphyteu.§. locationes. colla.ix. Item quid ſi nihil eſt actum expreſſe,id eſt,dictum non eſt,quòd non poſſit ſoluere ante annum?Reſpond.forte poteſt ſoluere quando vult: vt argu. infra de ſolu.quod in diem. & ſupra titu.j.quod quis. & argu.ſupra ſi certum peta.l.qui pecuniam. quia dilatio fit fauore debitoris: vt ſupra eod.l. eum qui calendis. in fin. vnde in eius læſionem &c.vt C.de legib.& conſtitut.l. quod fauore, & econtra creditoris fauore videtur: vt ſupra mandati.l.ij.§.tua & mea. vnde ſi non poteſt alij æque bene mutuare, non tenetur recipere,niſi vſuras totius anni ſoluat. argu.C.de actio.& oblig. l.ſicut.& ſupra de annuis leg.l.eum.& de vſur.l. in fideicommiſſi.§.cum Pollidius [vbi videtur diſtinguere an poſſit alij æque bene mutuare,vel non.[d]]

b]aliàs incipit,ſi quis.

c] Incluſa deſunt.

ἀντίχρησις

d] Incluſa deſunt in manuſcr.

m *Eo loco*.in prouincia.

n *Sua die*.id eſt poſt tres [menſes.Accur.]

o *Petere*. quia ante tempus ſoluere non potuit, ſecundum quoſdam. quod falſum eſt: vt ſupra titu.j.l. quod quis. dic ergo, ratio loci hoc facit: vt infra de fideiuſſo.l. fideiuſſor obligari.§.qui certo.& Co.de ſolu.l.obſignatione.in fine. Item contractus celebratus gratia vtriuſque:vt Co. de actionibus & obligationibus.l.ſicut.& argu.ſ.de annuis legatis.l.Iauolenus. aliàs incipit,eum.ad.§.Callimachus.

p *Pecuniam*.reddendam poſt ducentos dies:vt.j. dicit.

ſeruo.

a *Seruo*.præpoſito pecuniis fœnerandis.Accur.
b *Beryto*.quæ eſt in ea prouincia,ſcilicet accepit: & ab ea vſque Brenteſium.ſ.deferendam:& etiam ibi ſoluendam.
c *In omnes*.id eſt inter omnes.Accur.
d *Dies*.id eſt poſt dictos dies ſoluatur ibi.Accur.
e *Mercib*⁹.ſcilicet obligatis.
f *Et quas*. illis mercibus ſimiliter obligatis, quas &c.
g *Beryto*. ſcilicet redeundo.
h *Inuecturus*.id eſt importaturus.
i *Conueníque*.pacto incõtinenti appoſito quo reſtringitur prima conuentio ducẽtorum dierum.
k *Vti*. pro poſtquam. Accur.
l *Callimachus*.debitor. Accur.
m *Inde*.à Berito.
n *Proxima*.& magis vicinæ q̃ ducenti dies.
o *Emptis*.ſ.obligatis.
p *In nauem miſsis*. Brẽteſij.M.
q *In Syriam*. vbi accepta eſt pecunia.
r *Proficiſcatur*.i. reuertatur, hoc eſt iter arripiat.Accur.
ſ *Supraſcriptam*.ſ.idus.
t *Ciuitate*. ſcilicet Brẽteſio.M.
u *Continuo*.i.ſtatim.ſ.in dictis idibus,non expectatis dictis ducentis diebus.
x *Pecuniam*. id eſt ſortem & vſuram.Accur.
y *Perſequentibus*.hominibus, puta procuratoribus,vel ſeruis vicariis, vt eam perferrent. ad quod eſt.ſ.titu.j.l.traiectitiæ.
z *Vt*. perſequentibus dico ad hoc &c.
a *Eáque*. ſcilicet dicta vſque hic.
b *Titij*. qui ſupra nominatus eſt Seius.ſic.ſ. de pigno.act.l.Gaius.
c *Sed cũ ante*.ſupra forma cautionis: nũc qualiter factum proceſſit.
d *Mercibus*. reparatis Brenteſij.M.
e *Erote*. prorogante diem:qui duntaxat miſſus erat vt eam perferret, & nihil vltra faceret.Accur.
f *Perueturus*.à Beryto redeundo.
g *Enauigauerit*. tranſactis idibus,& ſic commiſſa eſt ſtipulatio.
h *Naue ſubmerſa*.poſt idus.
i *Perferendas*.Brenteſium.
k *Eo tempore*.nauigare autem cœpiſſet eo tempore &c. videbatur enim poſt idus miſiſſe merces in nauim,cum poſt idus nauigare cœpiſſet.
l *Erotis*.ſerui creditoris,cuius conſenſu alio & alio tempore nauigauit &c.
m *Nihil amplius*.niſi vt perferret.Accur.
n *Teneri*.& ſic periculum pertinet ad debitorem naue ſubmerſa poſt moram:vt C.de nau.fœ.l.cum proponas.

o *Item quæro*.repetit vt aliquid addat in fin. de exceptio.vel credebat ſeruum non bene intellexiſſe,vt frequenter fieri videmus. vel.ſ.in vſuris:hic in ſorte & in omnibus.
p *Eros*.ſeruus.
q *Exceptioni*.tunc.Accur.

p Bretenſij.
† Aliàs, ſed cum ante. aliàs cũ non ante. Alciat. lib.10 ca 19. parer.
* enauigauerit.
† Flo.debito.
* In archet. Taurell ſcri ptũ eſſe affirmat,MANSISSET.Piſis ita legi,in nauem miſiſſet,manſiſſet autẽ eo tẽpore &c.

A ſeruo [a] Seij in prouincia Syria, ciuitate Beryto, [b] vſque Brenteſium: ídque creditum eſſe in omnes [c] nauigij dies [d] ducentos ſub pignoribus & hypothecis mercibus [e] à Beryto comparatis, & Brenteſium perferendis, & quas [f] Brenteſio [p] empturus eſſet, & per nauem Beryto [g] inuecturus. [h] conueníque [i] inter eos, vti [k] cum Callimachus [l] Brenteſium perueniſſet, inde [m] intra idus ſeptembres, quæ tunc B proximæ [n] futuræ eſſent, aliis mercibus emptis, [o] & in nauem [p] miſſis, ipſe in Syriam [q] per nauigium proficiſcatur: [r] aut ſi intra diem ſupraſcriptam [ſ] non reparaſſet merces, nec enauigaſſet de ea ciuitate, [t] redderet vniuerſam continuò [u] pecuniam [x] quaſi perfecto nauigio, & præſtaret ſumptus omnes proſequentibus [y] eam pecuniam, vt [z] in vrbem Romam eam deportarent: eáque [a] ſic rectè dari fieri fide roganti Sticho ſeruo Lucij Titij [b] promiſit Callimachus. & cum † ante [c] idus ſupraſcriptas ſecundum conuentionem mercibus [d] in nauem impoſitis, cum C Erote [e] conſeruo Stichi, quaſi in prouinciam Syriam perventurus [f] enauigauit: [g] * quæſitum eſt, naue ſubmerſa, [h] cum ſecundum cautionem Callimachus merces Beryto † perferendas [i] in naue m miſiſſet* eo tempore [k] quo iam pecuniam Brenteſij reddere Romæ perferendam deberet: an nihil proſit Erotis [l] conſenſus, qui cum eo miſſus erat, cuique nihil amplius [m] de pecunia ſupraſcripta poſt diem conuentionis permiſſum vel mãdatum erat, quàm vt eam receptam Romam perferret: & nihilo minus actione ex ſtipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, teneri. [n] Item quæro, [o] ſi Callimacho poſt diem ſupraſcriptam nauigante, Eros [p] ſupraſcriptus ſeruus conſenſerit, an actionem domino ſuo ſemel adquiſitam adimere potuerit. Reſpondit non potuiſſe: ſed fore exceptioni [q] locum, ſi ſeruo [r] arbitrium datum eſſet eam [ſ] pecuniam quocumque tempore [t] in quemuis locum reddi.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem conuentionem ex cauſa oneroſa. Item vbi eſt pœna & non dies: admittitur purgatio moræ. Item ex pacto libertatis agere poteſt ſeruus domino differente. Bartolus.

Flauius Hermes hominem Stichum manumiſſionis cauſa donauit, [y] & ita de eo ſtipulatus eſt: *Si homo Stichus* * *de quo agitur, quem hac die tibi donationis cauſa manumiſsioníſque dedi, à te heredéque* [x] *tuo manumiſſus, vindictáque* [y] *liberatus non erit, quod dolo malo meo non fiat, pœnæ nomine quinquaginta dari ſtipulatus* [z] *eſt Flauius Hermes: ſpopondit Claudius.* Quæro, an Flauius Hermes Claudium de libertate Stichi conuenire poteſt. [a] Reſpondit nihil proponi cur non poteſt. [b] Item quæro, an ſi Flauij Hermetis heres à Claudij herede pœnam ſupraſcriptam petere voluerit: Claudij heres libertatem Sticho præſtare poſſit vt pœna liberetur. [c] Reſpondit poſſe. Item quæro, ſi Flauij Hermetis heres cum Claudij herede ex cauſa ſupraſcripta nolit agere, an nihilo minus Sticho libertas ex conuentione quæ fuit inter Hermetem & Claudium, D vt ſtipulatione ſupraſcripta oſtenditur, ab herede [d] Claudij præſtari debeat? [e] Reſpondit debere.

Qui tenetur ſub pœna vni alienare: illo exiſtente in mora, poteſt alienare cui volet. Bar.

r *Seruo*.Eroti.Accur.
ſ *Eam*.accipere.Accurſius.
t *Tempore*. quo vellet.
u *Donauit*. vt tantùm vidicta manumittatur, & non alio modo,quare non alloquitur aliis legibus.Accur.
x *Heredéque*.que, id eſt vel.ſic.ſ.de verbo.ſign. l.ſæpe.
y *Vindictáque*. tunc intererat vindicta manumitti: quia efficiebatur ciuis Roman⁹ ſecundũ quoſdam.
z *Stipulatus eſt*. tranſit de tertia ad primam: & tandem redit ad tertiã perſonam.
a *Poteſt*. actione præſcriptis verbis vt manumittatur.Accur.
b *Non poteſt*. contra ad inferius reſponſum ſupra de fideicommiſ. liber. l. Thais. §.intra. Solu. vt ibi. Item contra.C.ſi man. ita fue. alie.l. fina. Solu.hic fuit actum vt vindicta fieret manumiſſio: aliàs intelligitur de effectu beneficij, vt ibi: quod ſemper eſt in dubio: vt ſupra de ſer. expor. l. ſi venditor.& dicunt quidam quòd alius eſt effectus quãdo fit vindicta: quia tunc fit ciuis Romanus.ſed quando cõſtitutio ſuccedit, tunc non: cum alij ſint Latini, alij deditutij. quæ diſtinctio. l. non inuenitur.
c *Liberetur*. fauor libertatis eſt ne pereat quòd poſt commiſſam pœnam purgatur mora. vel ſecundum Ioan. loquitur, quando non eſt commiſſa pœna. & impropriè [a] dicit liberetur, quia vel ipſe vel heres debet manumittere.& eſt ſic.ſ. vſufru. quemadmo.ca. l. iij. §. j.& ad. l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem diatretum. Item tale contra tollit ſupra de euictionib.l.qui alienam.& eodem modo ſoluitur.ſ. titu. j. l. traiectitiæ. §.de illo.C.de contrahen.ſtipula. magnam. Item contra. ſupra qui ſine manu.l. Latinus. ſed [b] hic ante duos menſes agebatur ad pœnam. ſed nec morte donatarij perierat libertas: quoniam nec ipſe præciſe debuit manumittere: ſed vel ipſe, vel heres eius: & ideo ſupra dixi heredem non incidiſſe in pœnam.
d *Ab herede*.ſ.qui ſine ma.ad lib.per.l. mancipia. contra. Solu. hic donator non volebat ſeruum effici liberum,niſi vindicta, ibi aliter.vel hic per fideicom.ibi directo,ſecundum quoſdam.
e *Debeat*.inſtante ſeruo.

* Fl. hominẽ Stichum.
a] Cõtrariũ tenent Bart. Pau.Fran.&c Alex.
b] Eſt diuinatiua, ſecũ dum Barto. Pau. Ale. & Fran.

a *Venderet*.aut eorum partem emeret:vt patet.j.
b *Coheredis*.qui ſcilicet coheres deceſſerat pluribus relictis heredibus.
c *Teſtato*.extra ius etiam.
d *Exceptionem*..nam ipſo iure[a] commiſſa eſt pœna. hoc ergo ſic quidem intelligitur, vt ſi alius non vult emere, extero vendere poſſit ſine damno pœnæ, ſecundum Io. & facit ſupra de arb.l.Celſus.Sed contra ſupra de pact. l. nemo. ſed hic ad pœnam.[b] & ſic etiam non obſtat ſupra de diſtr.pi. ſi creditor.§. fi. Item fa. ↄ.de act.empt.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.in fi.
e *Cōſtitiſſet*.poſtea:nō[c] tamen tempore ſtipulationis conſtabat: nec ante conſtiterat. aliàs eſt hic.non conſti.&c.
f *Non extitiſſet*. q. d. ſi nōdum tempore ſtipulationis conſtiterit de debito:& per hoc conditionalis ſtipulatio in præteritum concepta non poterat committi in æternum: quia falſa de præterito ſunt impoſſibilia. vel dic ſecūdum[d] R. ſi eſt actum vt patre viuente cōſtare deberet quid & quātum deberetur: quod videtur ſecundum verba.nam demū patre viuente conſtare poteſt eū debere: ſed eo mortuo cōſtare poteſt eum debuiſſe:vt ↄ.j.eo.l.cū ſtipulamur. & fa.ſupra de vſur.l.Seia. & ſupra de manu.teſta.l. qui filium.
g *Pacto ſolo*. ſine ſtipulatione Aquil.& accep.
h *Partem*.pecuniæ.
i *Cauit*.per ſtipulationem.
k *Heres*.ſ.pupillæ.
l *Tutelæ*.actione.
m *Et victus*. heres pupillæ. Accur.
n *Prouocauit*.ſecundo.
o *Pronuntiata eſt*.à principe.
p *Mora*.obtulit ergo heres tutoris.
q *Petierit*.heres pupillæ.hoc autem ideo dicit, ne poſterior mora noceret:vt.ↄ.de peri.& com.l.illud.Accur.
r *Vſuræ*.ex mora.ſ.reſiduæ pecuniæ non redditæ.Accur
ſ *Iure*.ſ. exceptionis, cum per eam non ſteterit.ſed ſi obtuliſſet, & aſſignaſſet,& depoſuiſſet,tunc ipſo iure:vt ſupra de vſur.l.j. in fin. & hoc vbi fuiſſent promiſſæ. aliàs ex mora etiam non debentur.
t *Duo fratres*.qui rogati fuerunt vt ſi quis eorum ſine liberis deceſſiſſet,ſuam partem alteri per fideicommiſſum reſtitueret.
u *Proponuntur*.duo dicit.primum, quòd fuit pronunciatum cōtra petentem, quaſi hoc ſit remiſſum.Secundum, quòd licet habeat exceptionem cōuentionis,per quam fuit abſolutus reus, & ſit ea vſus:adhuc tamē petitur pœna: & ſic vtrumque. ſed in primo an fuerit bene iudicatum?ſi dicas quòd ſic (quod videtur dicēdū)tūc cōſonat.ↄ:quibus modis pignus vel hypo.ſol.l. Titius. Sed cōtra.ↄ.de tranſac.l.qui cum tutoribus.vbi non videtur frater remittere act.pro parte fratris:cuius fratris partem poſtea habet per fideicom.Solu. hic fuit male[e] iudicatum, ſecundum H. vel dic ſecundo,bene:quia non oppoſuit replicationē,quod potuit:vt.ↄ.de pact.l. tres fratres. quod in idē recidit:quia male,ſcilicet contra ius agentis. nec ob. ↄ. d. l. Titius. quia ſicut facilius contrahitur in re aliena, domino ſcilicet præſente: ita facilius ſoluitur pignoris obligatio creditore præſente.argu.in eo. titulo quib.mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſi conſenſit.Vel dic tertio, ſecūdum Ro.hic cauit nihil ſe &c.id eſt nec hereditario nec fideicommiſſ. nomine: vel exprimendo[f] hoc,vel ſic agendo: quod poteſt probari: vel etiam ex ipſo verbo hoc præſumitur,[g] quia dicit nihil &c.Ibivero ſimpliciter & ſic omnino bene fuit iudicatum:&quod hic dicit, quaſi de hoc &c.expreſſiuum eſt veritatis: vt & aliàs ſupra de tranſac.l.j. vel quarto[h] hic in diuiſione, in qua tenetur quilibet alteri de euictione: vt ſupra fami.erciſcun.heredes.§.pen. ibi in tranſactione, in qua non tenetur:vt C. de tranſact. ſi pro fundo. qui ergo de euictiōe tenetur, nō debet contrauenire: vt ſupra de euic.l.vindicātem. Sed hæc ſolu.non valet niſi in ea parte quā habuit frater præmortuus vt à fratre ſuperſtite. in alia autem ſecundum hoc remanet fideicom. quam habuit vt ſuam frater pręmortuus. dic ergo ꝙ in hac diuiſione agitur de eui. ꝓ parte meæ partis tātū:puta:ego heres præmortui habeo ex diuiſione dimidiam quæ eſt citra Rhenum:& in illa partē habeo iure meo: partem ex perſona coheredis mei ex diuiſione.ſi ergo ex fideicom. petat quod habeo ex perſona mea. in mea parte nil ei obſtat:quia in ea non habeo cauſam ab eo:nec de euict. tenetur. aliam autē petere non poteſt, quam habui iure ſuo: quia de ſua parte reſtituenda non ſum rogatus: vt de lega.iij.l.pater. §. quindecim.& etiam quia de euict.tenetur,niſi fuerim ſciens:quo caſu non ago niſi ſtipulatus ſim:vt C.de euic.l.ſi fundum ſciens. Item plus poteſt petere qui ſuperuixit,ſcilicet æſtimationem eius particulæ quam habebat in ſua dimidia per diuiſionem ex perſona præcedentis.modo enim non licet habere ex diuiſione: ſed ex fideicommiſſ.tanquam alio euincente: vt ſupra de euic.l.ſi vendideris. & . l. non tamen. & ſecundum duas primas ſolu.male fuit hic iudicatum: & hoc eſt contra ius agentis: & ſecundum tertiam bene:ſecundum quartam bene in parte, & male in alia parte:vt patet ex præmiſſis.Item patet ex prædictis ſolu.queſtionis: ſcilicet ſi ille cui facienda eſt reſtitutio rei ab aliquo, eam emit: an modo habeat locum in ea fideicōmiſ.per dictas.ll.de eui.& ↄ. ad legem Falcidiam.l.fundo.vel dic vt ibi in glo.non etiam.Item contra. ↄ. de pact. l.tres fratres. ſolue vt primum contra.ſi fuerit ibi dolus.Item contra.ↄ.de lega.iij.l. Paulo Callimacho.§.j.ſolu. vt ibi.Ad ſecundum quod dicitur etiam pœnam peti, eſt contra. ↄ. de pact. l.reſcriptum.§.ſi pacto, vbi ſufficit alterum ſolui.ſi teneas ſupra bene iudicatum in totum, vel in partem,promptum eſt dicere pœnam commiſſam. ſed obſtat exceptio: vt in contrario.vel forte fuit hic actum vt vtrumque poſſit peti:vt.ↄ.eo.l. ita ſtipulatus.in fine.vel ibi in contractu: hic in ſententia. Si autem dicas quòd male fuit iudicatum: tunc dic pœnam cōmiſſam eo inſpecto quòd ſententia eſt lata: cui ſtandum eſt ex quo non appellatur.ſed hic multo magis locum habet exceptio: vt in cōtrariis.

a] Cōtrariū tenent Fran. Pau. Alex.& Iaſ.

† Dy. & Alex.hic dicūt iſtū tex. ſin. ad hocquod ille qui promiſit alteri vendere ſub pœna, habita prius requiſitione ſi alteri vēdat, non incurrit pœnā.Bolo.

b] Idē Fran. aliter tamen ſoluit Ale.

c] Approbatur per Bar. Fran. Pau.& Alexan.

d] Idē Bar. & alij.

* Vide in hunc. §. Alcia lib. diſp. 1. c. 13. Alex. etiam hic di cit iſtū tex. non alibi,ad hoc quòd mortuus nō dicitur debere, ſed debuiſſe.Bol.

† Alex. hic & moderniores reputant iſtū tex. ſing. ad hoc quòd ſi non ſtat per debitorē quo minus ſoluat creditori ſuo, ſed ſtat per creditorem, nō currunt cōtra eum vſuræ.Bolo.

e] Immo bene. Alex. & Fran.

f] Hæc diuinat ad tex. Bar.P.Fran. & Alex.

g] Cōtrariū tenent Bart. P.Fran.& Alex.

h] Contra hæc ſolu. tenet hic Bar. in ſexta ſolu.& in prima quæſtione:quem ſequitur P. Franc. & Alexan.

* Alc. li. 1.c. 13 diſp. peram contra fidē Floren. ex aliis libris legit, etſi Seia ante ceſſaſſet. Ant. Aug.li. 1.c.3.

A

Coheredes † cum prædia hereditaria diuiſerant, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto, vt ſi quis eorum partem ſuam alienare voluiſſet, eam vel coheredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet [a] centum viginti quinque. quòd ſi quis aliter feciſſet, pœnam centum inuicem ſtipulati ſunt. quæro, cum coheres mulier coheredis [b] liberorum tutores ſæpius teſtatò [c] conuenerit, & deſiderauerit vt ſecundum conuentionem aut ement, aut vendant: hique nihil tale fecerint: an ſi mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi poſſit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, obſtaturam doli mali exceptionem. [d]

B

## Facultas implendi conditionem ad heredem non tranſit. Bar.

Agerius * filiusfamilias ſeruo Publij Mæuij ſtipulanti ſpopondit ſe daturum quidquid patrem ſuum Publio Mæuio debere conſtitiſſet. [e] quæſitum eſt patre defuncto antequam conſtitiſſet quid quantúmque deberet: an ſi aduerſus heredem eius actum fuiſſet, aliúmve ſucceſſorem, & de debito conſtitiſſet, Agerius teneatur. Reſpondit, ſi conditio non extitiſſet, [f] ſtipulationem non commiſſam.

C

## Non currunt vſuræ ſi creditor eſt in mora recipiendi. Bar.

Seia heres † vnius tutoris cum herede pupillæ tranſactione pacto [g] ſolo facta, maiorem partem [h] ſoluit, reſiduam cauit: [i] ſed ilico negauit heres [k] ſe tranſactionem ſeruare: & apud iudicem tutelæ [l] egit: & victus [m] prouocauit [n] ad competentem iudicem: & ab eo quoque ad principem idem prouocauit: & iniuſta hæc quoque prouocatio eius pronunciata [o] eſt. quæſitum eſt, cum per heredem pupillæ mora [p] interceſſerit quo minus pecunia in ſtipulationem deducta ab herede tutoris ſolueretur, nec vnquam petierit: [q] an ei hodie debeantur vſuræ [r] ab herede tutoris. Reſpondit, ſi Seia non * ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniam offerre, iure [ſ] vſuras non deberi.

## Iniuſta ſententia per quam quis contra diuiſionem facere declaratur, facit pœnam committi. Bar.

Duo fratres [t] hereditatem inter ſe diuiſerunt, & cauerunt ſibi, nihil ſe contra eam diuiſionem facturos: & ſi contra quis feciſſet, pœnam alter alteri promiſit. poſt mortem alterius, qui ſuperuixit petit ab heredibus eius hereditatem, quaſi ex cauſa fideicommiſſi ſibi à patre relicti debitam: & aduerſus eū pronuntiatum eſt, quaſi de hoc quoque tranſactum fuiſſet. quæſitum eſt, an pœna commiſſa eſſet. Reſpondit, pœnam ſecūdum ea quæ proponuntur, [u] commiſſam.

## Promiſſio ob turpem cauſam de preterito vel de futuro, eſt ipſo iure nulla. Bar.

D

trariis. Sed quid hoc caſu quando fuit male iudicatum: ſi fuerit actum vt vtrumque poſſit peti? Reſpond. non poterit peti. & ſic quod fit in principali, præiudicat in acceſſoriis: vt. ſ. de rei vindi. l. & ex diuerſo. §. vbi. item ex eo quod hic dicit, quaſi &c. videtur argu. quòd in ſententia cauſa ſit exprimenda:[a] vt dixi. C. de iudi. properandum. §. illo. & ſ. ſi men. fal. mo. dixe. l. j. §. j. de lega. j. l. ſi quis teſtamento. in prin. & facit C. de teſta. l. præpo-
A ſteri. & . ſ. ſi cer. peta. l. lecta. in fi. Sed contra. ſ. de vſur. l. cum quidam. Solu. vt dixi. ſ. eo. l. huiuſmodi. ij. in glo. fi. Accur.

h *Fundum*. i. nudam proprietatem.

i *Ab eodem*. ſcilicet Mæuio. Accur.

a] Adde quod notaui in. l. ſi legatario. in apoſt. in ver. cauſa in ſententia exprimenda ſu per glo. in ver. abſit. ſ. de fideicō. liber.

CXXIII. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

SI † flagitij[a] * faciendi vel facti cauſa concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet.

Stipulatio facti quę habet diem, non committitur ad intereſſe ante diem: licet certum ſit ante diem fieri non poſſe. Bar.

CXXIIII. IDEM *libro ſecundo Definitionum.*

*INſulam intra biennium illo loco*[b] *ædificari ſpondes?* ante finem bienij ſtipulatio non committitur: quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum[c] reſidui temporis ſit, quo ædificium extrui non poſſit. neque enim ſtipulationis ſtatus cuius dies certus in exordio fuit, ex poſtfacto mutatur.[d] Idque & in ſtipulatione iudicio ſiſtendi cauſa facta placuit: ſcilicet vt ante diem ſtipulatio non committatur, ſi[e] certum eſſe cœperit, parere † ſtipulationi reſiduo tempore non poſſe.

Verbum præſens non trahitur ad futurum. Bar.

CXXV. PAVLVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

CVm ſtipulamur[f] quidquid te dare facere oportet, nihil aliud in ſtipulationem deducitur, quàm quod præſenti die debetur. hoc enim ſolum hæc ſtipulatio demonſtrat.

Exiſtente conditione retro poteſt deberi pecunia. Bar.

CXXVI. IDEM *libro tertio Quæſtionū.*

SI ita ſtipulatus fuero: *ſi Titius conſul factus fuerit, tūc ex hac die in annos ſingulos dena*[g] *dare ſpondes?* poſt triennium conditione exiſtēte triginta peti potuerunt.

Qui ꝓmittit vſumfructū & proprietatē ſeparatim: ſoluto vſufructu liberatur. ſecus in eo qui plenā proprietatem promiſit. Bar.

Titius à Mæuio fundū[h] detracto vſufructu ſtipulatus eſt, & ab
B eodem[i] eiuſdem fundi vſumfructum.[k] Duę ſunt ſtipulationes: & minus eſt in eo vſufructu quē per ſe[l] quis promiſit, quàm in eo qui proprietatem comitatur.[m] Denique ſi ille vſumfructū dederit,[n] eúmque ſtipulator non vtendo amiſerit: tradēdo poſtea fundum detracto vſufructu, liberabitur.[o] Non idem cōtingit ei qui fundū pleno iure promiſit, & vſumfructum dedit, deinde amiſſo eo proprietatem ſine vſufructu tradidit. ille liberatus eſt[p] dando vſumfructū, hic nulla[q] parte obligationis exoneratur, niſi pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris.

C Per liberā perſonā non quęritur nobis actio ex ſtipulatione, ſed ex numeratione ſic. Et qui ſtipulatur imperſonaliter, ſibi ſtipulari videtur: & nunquā perſona extrinſecus ſubintelligitur. Bar.

Chryſogonus[r] Flauij Candidi ſeruus actor ſcripſit coram ſubſcribente[ſ] & adſignante[t]

† Plagij

* Hoc loco in Pand. Flo. De verborū obligationibus, iterum ſcribitur, vt ſit hic titulus in tres tractatus diſtinctus.

a *SI flagitij*. Promitto tibi centum ſi feceris plagium, vel quia feciſti. hæc ſecunda eſt magis dubitabilis: prima non: vt. j. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. fi. hæc, promitto tibi centum ſi Titius fecit plagiū, valet. Alij[b] dicūt poni exempla per legem. ſ. de condi. ob tur. cau. l. fi. puta, promittis mihi decem vt reddam tibi filium tuum, vel ſeruum quē plagio abſtuli? Accur.

b] Et male. Bar.

*INſulam.*] CASVS. Promiſiſti mihi ædificare domū intra duos annos. non poſſum agere contra te niſi finitis duobus annis, quamuis non ſuperſit tantum tēporis quanto ædificari poſſit dom⁹: quia ſtipulationis ſubſtantia quā ab initio ſumpſit, non mutatur ex poſtfacto. Idē eſt in ſtipulatione iudicio ſiſtēdi cauſa facta. cætera clara ſunt. Fran.

† pareri.

b *Loco*. aliàs non valet: vt ſupra de eo quod certo loco. l. iij. §. ſi quis inſulam.

c *Et tantum*. ſubaudi, quamuis. Accur.

d *Mutatur*. ſiquidem expectandus eſt dies actoris: quia tota obligatio ſub conditione & in diem collata videtur: vt ſ. eo. l. in illa. Io. Sed cōtra. ſ. hoc iure. ſolu. vt ibi.[c] Itē contra. ſ. eod. l. ſtipulationes non di. §. ſi quis. verſic. plane. ſol. vt ibi ſolui aliam quæ huic concordat. ſic. ſ. eo. l. ſi ita ſtipulatus eſſem à te. vel hic adiecit tempus, ibi non. item contra. ſ. eo. l. cum ſtipulatus. ſol. vt ibi.[d] & facit. ſ. eo. l. exiſtimo. Accur.

c] Tene ibi tertiā ſolu.

d] Approbatur ꝑ doct. quia ibi in pœna conuentionali: hic non.

e *Si*. id eſt quamuis.

*CVm ſtipulamur.*] CASVS huius. l. habitus eſt. ſ. de verbo ad verbum. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j. Fran.

f *Cum ſtipulamur*. facit. ſ. eo. l. ſi ſtipulatus fuero. §. j. & ſupra. l. ſi à colono.

*SI ita.*] CASVS. Pone caſum vt. ſ. in l. huiuſmodi. [TITIVS.] Titius promiſit mihi fundum quendam, puta Cornelianum ſine vſufructu. poſt octo dies iterū promiſit mihi vſumfructum eiuſdē fundi. certe hic ſunt duæ ſtipulationes: & ille qui fundum promittit ſine vſufructu, & poſtea vſumfructum promittit eiuſdem fundi, ad minus tenetur quàm ille qui vna ſtipulatione promittit ſimul fundum pleno iure, id eſt non detracto vſufructu. Nam primo caſu ſi ille qui promiſit vſumfructum, ſoluerit eum, & ſit amiſſus, & poſtea ſoluerit fundum: liberabitur. ſed ſecundo caſu qui fundum pleno iure promittit: ſi primo vſumfructum ſoluerit, & ſit amiſſus, & poſtea fundum tradidit: non liberabitur vllo modo: niſi efficiat ꝙ fundus pleno iure ſoluatur. [CHRYSOGONVS.] Vide glo. quæ ponit caſum. [SI ITA.] Promiſi tibi quòd ſiſterem ſeruum meum in iudicio: & caſu quo non ſiſterem, promiſi tibi hippocentaurum, quem tamen dari eſt impoſſibile. Certe iſta ſecunda ſtipulatio pœnalis eſt inutilis: & perinde eſt ac ſi tibi pure promiſiſſem. Fran. Accur.

g *Dena*. id eſt decem. propriè autem ſignificat bis decem: vt. ſ.

k *Vſumfructum*. ſine ꝓprietate.

l *Per ſe*. id eſt ſeparatim ſine fundo. Accur.

m *Comitatur*. ſcilicet cum fundum ſtipulatus eſt. Accur.

n *Dederit*. quem ſeorſum ſtipulāti promiſit. & ſic liberatus eſt à ſecundo vinculo.

o *Liberabitur*. promiſſor.

p *Liberatus eſt*. qui promiſit vſumfru. ſiue fundum. Accur.

q *Hic nulla*. qui promiſit fundum pleno iure. ſed nonne qui ſoluit partem rei quam debet ſoluere, liberatur pro ea parte: vt infra de ſol. l. ſi ſtipulat⁹. §. j. qui decem? ſed dic quòd hæc cauſalis non eſt pars. Item nec eum ſoluit, ſed formalē ſoluit: ad quē nullo modo erat obligatus. Accur.

r *Chryſogonus*. ſcilicet ego. & dic quòd tres hic ponuntur ſub compendio quæſtiones, & ſolutiones earum: cauſæ quoque dubitationis in duabus poſterioribus. Nam prima modicum dubitationis habet: quæ eſt vtrum Zozas libertus ſtipulando pecuniam Quintiliano reddi, ipſi quæſierit actionem. Secunda, vtrū ſaltem ipſa numeratione libert⁹ patrono obligationem quæſierit, licet ſtipulatio ipſi facta non tenuit. Tertia, vtrum ſtipulando vſuras ſine proprij nominis adiectione, ſibiipſi quæſierit actionem. Prima eſt plana cum enim per liberam perſonam quæ in noſtra poteſtate non eſt, neque bona fide nobis ſeruit, non acquirimus actionem: regulariter ergo nec hic patrono eſt quæſita. In ſecunda dubitationem faciebat, quia ſiue numerationem ſtipulatio, ſiue ſtipulationem præcedit numeratio: vnica oritur obligatio ex ſtipulatu: non ex numeratione: vt infra de noua. l. vj. & . vij. cum er-
D go hæc ex ſtipulatione nō ſit quæſita, vt dixi: ergo videtur quòd nec ex numeratione. ſed reſpond. quòd dicitur vnicam ex ſtipulatione procedere obli. ſiue numerationem præcedat ſtipulatio, ſiue ſequatur: locum habet vbi vtilis interponitur ſtipulatio. cū ergo hic fuerit inutilis, vtilis numeratio non poterit per eam, ſcilicet inutilem ſtipulationem, vitiari. itaque cuicunque pecuniam numerauit libertus nomine patroni, acquiritur patrono actio: vt. ſ. ſi cer. peta. l. certi cōdictio. §. ſi nummos. In altera vero quæſtione dubitationem inducit ex eo quòd nomen Quintiliani poſitum in ſtipulatione ſortis, tacite videbatur repetitum in ſtipulatione vſurarum. Augebat dubitationem ſimilium inductio. videbatur enim nomen patroni in ſtipulatione vſurarum tacite repetitum, ſicut in ſtipulatione quandoque tempus tacite ineſt: vt ſ. eo. l. interdum. quandoque conditio: vt. ſ. de iure do. plerumque. §. ſi ante. ſed tamen reſpon. nunquam perſona in ſtipulatione intelligitur, niſi expreſſa fuerit: itaque nec hic, maxime quia tacitè intellecta perſona eſſet inutilis ſtipulatio: vt arg. j. eo. l. Titia. §. j. ſic & . ſ. de fideicom. lib. l. fi.

Numeratio ſiue vnica præcedat ſtipulationem ſiue econtra ſtipulatio numerationem: oritur obligatio ex ſtipulatu, nō ex numeratione.

ſ *Subſcribente*. ſcilicet domino: quod eſt. j.

t *Adſignante*. quia fecerat ſignum ibi vt mos erat.

domino meo, accepiſſe eum à Iulio Zoſa rem agente [a] Iulij Quintiliani [b] abſentis, mutua denaria mille: quæ dari [c] Quintiliano, heredíve eius ad quem ea res pertinebit, Kalendis Nouembribus quæ proximæ ſunt futuræ, ſtipulatus eſt Zoſas libertus, & rem agens Quintiliani: ſpopondit Candidus dominus meus. ſub die ſupraſcripta ſi ſatis eo nomine factum non erit, tunc quo poſt ſoluetur, [d] vſurarum nomine denarios [e] octo præſtari ſtipulatus eſt Iulius Zoſas: [f] ſpopondit Flauius Candidus dominus meus. ſubſcripſit & dominus. Reſpondi: [g] Per liberam perſonam quæ neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neque bona fide nobis ſeruit, obligationem nullam [h] adquirere poſſumus. [i] Planè ſi liber homo noſtro nomine [k] pecuniam daret vel ſuam vel noſtram, [l] vt nobis ſolueretur: obligatio nobis pecuniæ creditæ, adquireretur: [m] ſed quod libertus patrono dari [n] ſtipulatus eſt, inutile eſt: [o] vt nec ad ſolutionem proficiat adiectio abſentis, [p] cui principaliter obligatio quærebatur. [q]

Supereſt, quæramus [r] an ex numeratione ipſe [ſ] qui contraxit, pecuniam creditam petere poſſit. [t] nam quotiens pecuniam mutuam dantes, eandem ſtipulamur: [u] non duæ obligationes naſcuntur, [x] ſed vna [y] verborum. Planè ſi præcedat numeratio, ſequatur [z] ſtipulatio: non eſt dicendum, receſſum à naturali [a] obligatione. Sequens ſtipulatio, [b] in qua ſine adiectione [c] nominis vſuras ſtipulatus eſt, non eodem vitio laborat. [d] neque enim malignè [e] accipiendum eſt, eidem ſtipulatum vſuras, cui & ſortem, videri. [f] ideoque in liberti perſona valet ſtipulatio vſurarum, & cogitur eam patrono cedere. [g] plerumque enim in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt. [h] rarò ineſſe tempus [i] vel conditionem [k] ex eo quod agi apparebit, intellegendum eſt: nunquam [l] perſonam, niſi expreſſa ſit.

Inutilis ſtipulatio pœnalis non reddit inutilem ſtipulationem ſortis: nec ipſam nouat. Pau.

Si ita ſtipulatus fuero, te ſiſti: & niſi ſteteris, * aliquid dari, quod promittenti impoſſibile [m] eſt: detracta ſecunda ſtipulatione prior manet vtilis, & perinde erit ac ſi te ſiſti [n] ſtipulatus eſſem. *ſtiteris.

Interpellatio quæ non conſtituit principalem in mora: non nocet fideiuſſori. Bar.

CXXVII. Scævola libro quinto Quæſtionum.

SI pupillus ſine tutoris auctoritate Stichum promittat, [o] & fideiuſſorem dedit: ſeruus [p] autem poſt moram [q] à pupillo factam decedat: nec fideiuſſor erit propter pupilli moram obligatus. Nulla enim intellegitur mora ibi fieri, [r] vbi nulla petitio eſt. eſſe autem fideiuſſorem obligatum ad hoc, vt viuo homine conueniatur, vel ex mora ſua [ſ] poſtea.

Si perſona vel res ad obligationem adiicitur inutiliter: nō prodeſt ad ſolutionem. Bar.

a *Agente.* id eſt numerante nomine patroni abſentis.
b *Quintiliani.* patroni ſui.
c *Dari.* id eſt reddi patrono. & ita audi quod vitiat.
d *Soluetur.* id eſt quantum ſortis differetur.
e *Denarios.* viij. ſingulis menſibus.
f *Zoſas.* ecce ergo perſona Quintiliani nō adiicitur: ſed imperſonaliter non adiecta ſua vel patroni perſona.
g *Reſpondi.* hoc interponitur.
h *Nullam.* ergo nec hic per libertum debet acquiri: quia liber eſt: licet quæſita actio extendatur quādoque: vt ſupra de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. fin. ſed ob. ſupra de calum. l. & generaliter. §. ſi. ſed reſpond. hoc ibi contingit propter delictum. at hic cōtractus eſt. Item op. C. de iure do. l. fi. in princ. Reſpon. illud legis poteſtate, fauore dotis: vel ibi ius fingit eam contraxiſſe.
i *Poſſumus.* regulariter.
k *Nomine noſtro.* quod fecit hic libertus nomine patroni.
l *Noſtram.* vt hic erat. Accurſius.
m *Acquireretur.* propter ſingularia præcepta: vt. ſ. ſi cer. pet. l. certi. §. ſi nummos.
n *Dari.* id eſt reddi.
o *Inutile eſt.* quia alteri ſtipulari &c. nec ei ſolui poteſt, cum non ad hoc ſit poſitus: vt C. per quas perſo. l. j. &. ſ. eo. l. eum qui. §. qui ſibi.
p *Abſentis.* patroni.
q *Quærebatur.* quātum ad æſtimationē: vel dic ex numeratione.
r *Quæramus.* pro ſtipulantis intentione.
ſ *Ipſe.* libertus.
t *Poſſit.* & certe non poteſt: niſi in caſu: vt C. ſi cer. pe. l. iiij.
u *Stipulamur.* incontinenti: vt. j. de noua. l. cū enim pecuniam.
x *Naſcuntur.* cum ſtipulatio eſt vtilis. cæterum ſi inutilis eſt, conditio naſcitur ex numeratione: vt dictum eſt.
y *Sed vna.* ſi actum eſt ꝙ ex numeratione ſola naſcatur actio: tūc ex ea. ſi vt ex ſtipulatione: tunc ex ea. ſi vero eſt dubium: tunc ex ea quæ præceſſit, ſecundum H. ar. j. de ſtipu. ſer. l. ſi communis ſeruus. ij. ſed aliter no. d. l. j. de noua. cum enim. Accur.
z *Sequatur.* incontinēti. & dic, ſtipulatio inutilis: vt alij ſi ſtipulatus ſum. Azo. ex qua nec patrono nec ſibi acquiritur actio. patrono non: quia non potuit. ſibi non: quia noluit. ſic C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multū. dominus tamen vindicat eam, ſi extat: aliās condicit, ſi eius nomine eſt numerata: vt. ſ. dictū eſt. aliās ſi libertus ſuo nomine mutuat, habet ipſe actionē: vt C. ſi cer. pet. l. iiij. Acc.
a *A naturali.* ex qua oritur certi condictio, vel domino ſi eius nomine eſt facta: vel numeranti: vt dictum eſt.
b *Sequens ſtipulatio.* hoc intelligunt cum ſtipulatio eſt valida: quo caſu ex ſola ea oritur actio. at cū inualida, tūc ex ſola numeratione actio quæritur: vt. ſ. ſi cer. pe. l. certi condictio. §. quoniam. ſed hoc non placet: quia contra hanc literam eſt.
c *Sine adiectione.* imperſonaliter.

d *Laborat.* quo ſuperior: vt ſit inutilis.
e *Maligne.* quia certe malignum eſſet.
f *Videri.* ſed potius ſibi. q. d. non eſt ita accipiendum vt vſuras quas ſimpliciter ſtipulatus erat, domino ſtipulatus videatur, ſed ſibi potius.
g *Cedere.* per actionem mandati, ſi mādato: vel etiam nego. geſt. ſi ſine mandato gerebat. Acc.
h *Sunt.* ſicut in caſu iſto quando ſimpliciter ſtipulatus eſt vſuras.
i *Tempus.* vt. ſ. eo. l. interdum.
k *Vel cōditionem.* vt. ſ. de iure do. l. plerūque. §. ſi ante.
l *Nunquam.* intelligendum ſcilicet eſt ineſſe. ad quod facit. C. de cōſti. pec. authen. ſi quando. ibi poſita. &. ſ. eod. l. ſtipulatio iſta. §. ſicut autē. &. ſ. de acqui. poſ. l. quod meo. §. ſi furioſo. Accur.
m *Impoſſibile eſt.* puta hippocentaurum.
n *Siſti.* nullo addito. & not. quod hic & ſuperiori. §. non vitiatur vtile per inutile. & facit ſ. eod. l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. in princip. Accurſius.

*Si pupillus.*] Casus. Pamphilus pupillus habens tutorem, ſine eius auctoritate ꝓmiſit mihi ſeruum Stichum: & fideiuſſorē dedit. facit hic pupillus moram in ſoluendo: & ſic Stichus decedit. quæritur an fideiuſſor teneatur propter morā pupilli? reſpon. quòd non: quia non propriè intelligitur ibi mora fuiſſe, vbi nulla potuit eſſe petitio. Si autem Stichus adhuc viueret, fideiuſſor eſſet obligatus dare eū: vel ſi ipſe moram feciſſet. Fran.

o *Promittat.* & ſic naturaliter obligatur, cū nō ſit locupletior: vt. j. de noua. l. j. cui accedit fideiuſſor: vt inſtit. de fideiuſſ. §. j. Accur.
p *Seruus.* promiſſus.
q *Poſt moram.* quæ non eſt mora: vt ſubiicit.
r *Ibi fieri.* oppo. C. de contrahen. & cō. ſti. l. nuda. Solu. ſpeciale in pupillo naturaliter obligato: quia nil ſcit: vt. ſ. ſi cer. pe. & fact. igno. l. fin. non ſic in alio naturaliter obligato: vt ibi. vel non eſt mora quantum ad interitum, vt hic: ſed quo ad hoc vt lit. conte. committatur ſtipulatio ſic: vt ibi. Item contra inſtitu. de fideiuſſ. §. fideiuſſores. ſed hic non eſt plus re, vel loco, vel tempore, vel cauſa. & fa. ſ. eo. l. ſi ex legati. in fi. & l. ſeq. & j. de re. iur. l. nulla.
ſ *Mora ſua.* quia ipſe fuit interpellatus. aliud autē eſt in fideiuſſ. furioſi: vt. j. de fideiuſ. l. Marcellus. contra. ſol. ſecundū Ro. refert euidenter, pupillus an furioſus aliquid promittat. nam in furioſo nulla nec naturalis nec ciuilis oritur obligatio, etiam cū auctoritate tuto. quia ſenſu caret: at pupillus, præſertim pubertati proximus, cum auctoritate tuto. ciuiliter & naturaliter obligatur, & ſine tuto. naturaliter. non ergo mirum ſi pro iſto accedit fideiuſſor, pro furioſo non: vt. j. de regu. iur. l. in negotiis. & in contrario. &. ſ. ad Trebell. l. ſi eius. in prin. &. ſ. quando di. le. ce. cum illud. &. j. de ſolu. l. Stichum. & C. qui admitt. ad bono. poſſ. l. bonorum.

Pupillus an poſſit & quando naturaliter vel ciuiliter obligari & quid in furioſo.

UNED

norum.& de iure delibe. ſi infanti. & plenius dixi ſuper cõtrario.

S*I duo rei.*] CASVS. Titius & Seius ambo ſtipulati ſunt à Sempronio centum aureos: ſed diuerſimode ſunt ſtipulati: quia vnus vtiliter, alter inutiliter: puta dabis. c. ſi digito cœlum tetigero. ſi eſſent vtiliter ſtipulati ambo, poſſet vni ſolui in ſolidum. ſed quia vnus eorum eſt inutiliter ſtipulatus, ideo non poteſt ei ſolui: quia cuilibet ſoluendum eſt, non pro alteri⁹ obligatione, ſed pro ſua. cum ergo iſte nullam habeat obligationem: non recte ei ſoluetur. Idem eſt ſi ego ſtipulor Stichũ aut Pamphilum. nam ſi vnus eſt meus, non poteſt in illo conſiſtere obligatio. licet etiam deſinat eſſe meus: non mihi recte ſoluetur: & ratio eſt: quia iſti duo ſerui non ſunt poſiti in ſtipulatione ad ſolutionem: ſed ad obligationem. Franciſcus. A

CXXVIII. PAVLVS *libro decimo Quæſtionum.*

SI duo rei ſtipulandi ita extitiſſent, vt alter vtiliter, alter inutiliter [a] ſtipularetur: ei qui non habet promiſſorem obligatum, non recte ſoluitur: quia non alterius nomine ei ſoluitur, ſed ſuæ obligationis, [b] quæ nulla eſt. Eadem ratione qui Stichum aut Pamphilum ſtipulatur: ſi in vnum conſtiterit obligatio, [c] quia alter ſtipulatoris [d] erat: etiam ſi deſierit eius [e] eſſe, nõ rectè ſoluitur: quia [f] vtraque res ad obligationem ponitur, non ad ſolutionem. B

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtrumque eſſe factum: & ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alterum tantùm. Bart.

CXXIX. SCÆVOLA *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI quis ita ſtipulatus fuerit, *Decem aureos das, ſi nauis venit, & Titius conſul factus eſt?* [g] non aliàs dabitur, quàm ſi vtrumque factũ ſit. Idem in contrarium, [h] *Dare ſpondes, ſi nec nauis venit, nec Titius conſul factus ſit?* exigendum erit vt neutrum factum ſit. Huic [i] ſimilis ſcriptura eſt, *ſi neque nauis venit, neque Titius conſul factus* [k] *eſt?* At ſi ſic, *dabis ſi nauis venit, aut Titius conſul factus ſit?* ſufficit vnum factum. & contra: *dabis, ſi nauis non venit, aut Titius conſul factus non eſt?* ſufficit vnum non factum. [l] C

a *Inutiliter.* ſi digito cœlum tetigero. vel ex interuallo: vt. j. tit. j. l. ſi ex duobus. Accur.

b *Suæ obligationis.* ſ. nomine. Accurſius.

c *obligatio.* tantum ſcilicet. &c.

d *Stipulatoris.* ideoque in eo nõ conſiſtit obligatio: vt. ſ. eo. l. ſcire debemus. §. fi.

e *Eius.* ſcilicet altero iam mortuo: & ſic obligatio eſt ſublata. & ſic expone. j. de ſolu. l. qui decem. §. ſi Stichum. [a] j. reſpon. nec obſtat in fin. eiuſdem. §. quod hic ponitur pro contrario. Accurſius.

f *Quia.* ratio bona: vt ſ. eo. l. eum qui. §. qui ſibi. in fin. &. ſ. eo. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. verſi. plane. ibi, ſed quod patrono, &c. & no. hic argu. quòd qui promittit illud aut illud, duo promittit: vt ſupr. no. de conſti. pec. l. illud. Item fa. ſ. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. & de re iudi. miles. §. j. Accurſius.

S*I quis.*] CASVS. Si duæ conditiones apponuntur in ſtipulatione copulatiuè: neceſſe eſt vtramque impleri antequam ſtipulatio committatur: & hoc ſi affirmatiuè apponantur. ſi vero apponantur negatiuè: tunc neceſſe eſt quòd neutra impleatur vt ſtipulatio committi poſſit. Item ſi apponantur duæ cõditiones diſiunctiuę affirmatiuè: ſufficit vnam impleri vt committatur ſtipulatio. ſi autem negatiuè: ſufficit alteram nõ impleri. exempla ſunt plana in textu. Franciſcus Accurſius. D

g *Factus eſt.* vt infra de fideiuſſ. l. ſi à reo. & ſupra de reb. du. l. ſi is qui. §. vtrum. Et no. quatuor diuerſas ſtipulationes. & fa. ſupra de condit. & demon. l. cum pupillus. §. j. & ſupra de here. inſtitu. l. ſi te. in fine. & de condit. inſtitu. l. v. & inſtitu. de hered. inſtitut. §. penultimo.

h *In contrarium.* ſcilicet dicitur. Accurſius.

i *Huic.* differt à proximo [b] in contrarium, &c. quia hic præceſſit conditio: ſupra ſtipulatio. vel ſupra præteritum, ſcilicet ſit: hic præſens. ſcilicet eſt.

k *Factus.* ſubaudi, dare ſpondeo.

l *Non factum.* C. de inſtitu. & ſubſti. l. generaliter. contra. ſed ibi [c] aut pro & ponitur: vt. j. de verb. ſig. l. ſæpe. Item facit. j. iudi. ſol. l. cum quærebatur. §. ecce enim.

Q*Vod dicitur.*] CASVS. Dicitur in antiqua regula, quòd pater poteſt filio ſtipulari. quæritur quomodo hoc intelligatur? Reſpondetur quòd intelligitur de his quæ ſunt iuris: ſicuti cum pater ſtipulatur filio dari. ſed in his quæ ſunt facti, non habet locum hæc regula: veluti ſi ſtipuletur pater filio quòd ei ire agere liceat. filius vero bene poteſt patri ſtipulari ea quæ ſunt facti: vt promittis mihi quòd patri meo licebit ire agere per fundum tuũ? nam per talem ſtipulationem patri quærit filius. Franc.

Si pater ſtipulatur filio quod iuris eſt, ſibi acquirit: ſec⁹ ſi id quod eſt facti per filium explicãdi. filius vero quærit patri, ſiue factum, ſiue ius ſtipuletur eidem. Barto.

CXXX. PAVLVS *libro quintodecimo Quæſtionum.*

QVod dicitur, patrẽ filio vtiliter ſtipulari, quaſi ſibi ille [m] ſtipularetur: hoc in his verum eſt, quæ iuris ſunt, [n] quæq; * adquiri patri poſſunt. alioquin ſi factum cõferatur in perſonam filij, inutilis erit ſtipulatio: veluti vt tenere ei, [o] vel ire agere liceat. cõtra autem filius etiam vt ire patri liceat ſtipulando, adquiret ei. [p] imò & quod in ſuam perſonam conferre non poteſt, hoc patri [q] adquirat. B

Perſona heredis promiſſoris, in his quæ cõtra heredes tranſeunt, ſupuacuè adiicitur in ſtipulatione: & ideo licet tantũ vnus fuerit nominatus, omnes tenentur. Pau.

CXXXI. SCÆVOLA *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

IVlianus ſcripſit, ſi neque per te, neque per heredem tuum Titium [r] fieret † quo minus mihi ire liceat, ſtipuler: non ſolum Titium teneri ſi prohibeat, ſed etiam coheredes [ſ] eius. C

Si in re ſoluta deficit aliquod ius: adhuc ipſa res peti poteſt. Bar.

Qui fundũ * ſibi aut Titio dari ſtipulatur: quãuis fund⁹ Titio traditus ſit, nihilo minus petere fundum poteſt, vt ſibi de euictione [t]

m *Ille.* ſcilicet filius, ſecundum R. imò pater, ſecũdum Io. vt inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ei vero qui.

n *Iuris ſunt.* puta aliquid dari: ſed tradi, eſt factum: vt ſupra de vſuris, ſi ſtipulatus. Quid ergo ſi aliquid filio tradi ſtipuletur? Reſpon. idem, vt valeat: licet nõ ſit iuris. eſt enim tale quod ei acquiri poteſt. Itẽ & poteſt dici quòd hic factum non confertur in perſonam filij: imò in perſonam eius qui debet tradere ei filio. & ſic cum non conferatur in filij perſonã, vtilis eſt ſtipulatio. ſed hic vetat quòd à filio eſt faciendum, vt ſubiicit exemplum. Item nec omnia quæ in dando, ſed ea quę non poſſunt patri quæri: vt ex cauſa profectitia vel etiam aduentitia, id eſt quo ad vſumfructũ: vt C. de bonis quæ lib. l. cum oportet. in princi. & hic ſubiicit. Quæritur ergo an hoc valeat vt domus filio fiat in ſolo patris, vel in ſolo filij? Reſpõ. idem quòd ſi aliquid filio tradi ſtipuletur, propter rationem ibi poſitam: quia refert ſit faciendum filio ab alio, an ab ipſo filio: quo caſu non valet: vt hic ſubiicit. Accurſius.

o *Teneri ei.* filio. factũ enim filij patri acquiri non poteſt: ſed nec ipſi filio, cum ideo filio quæritur, vt patri quæreretur: vt ſupra eo. l. dominus ſeruo. &. C. eo. [d] l. ij.

p *Acquiret ei.* iure poteſtatis.

q *Patri.* veluti ſi patri vxorem ducenti, decẽ ſtipuletur pro dote: vt infra de ſtipu. ſeruo. l. item ſi alter. vel ſeruitutem prædio, cum filius non habet prædium.

I*Vlianus.*] CASVS. Stipulatus ſum à te hoc modo: promittis mihi quòd neque per te, neque per heredem tuum Titium fiet quo minus mihi ire agere liceat? ſi plures habes heredes cum Titio: certe non ſolum Titius tenebitur, ſed etiam cæteri coheredes eius. [QVI FVNDVM.] Habebam Titium procuratorem meũ, & ſic ſum ſtipulatus à te: promittis mihi aut Titio dare fundum? tu dicis, promitto. poſt hoc tu das fundũ iſtum Titio. Quæritur, vtrum poſſim contra te agere ratione iſtius fundi? Reſpon. quòd ſic. nam petam fundum à te: & ratione iſtius petitionis conſequar quòd mihi caueas de euictione. ſi autem volebam fundum donare Titio, & ſic eũ interpoſui huic ſtipulationi: tunc tradendo fundum ipſi Titio, liberabitur promiſſor. Franc. D

r *Titium.* ſuperuacuè ponitur perſona Titij: vt no. ſ. eo. l. eum qui. §. j.

ſ *Coheredes.* ſed fami. erciſc. iudicio ab eo repetet quod præſtiterit: vt no. ſ. eo. l. ij. §. item ſi ex facto. & l. in executione. &. ſ. fami. erciſ. l. inter coheredes. §. quod ex facto.

t *De euictione.* ecce ergo aliud in peti. deducitur, & aliud conſequitur: vt & ſ. eo. l. ſi ſeruum. in fi. &. j. de ſolu. etiam. item hoc ſi talis contractus præcedit, in quo de euic. teneri debet. item no. hic, rem peto, & rem habeo: de quo dic, quotiens ſoluit debitor

a] Solue melius vt hic ꝑ Bart.

b] Aliàs, à ꝑpoſito. idem in cõtra. &c.

c] Idẽ Barto. Bal P. Ale. & Iaſ. in dicta l. generaliter.

*Hæc addidit Tribonianus vt & ſ. l. 39.

† Quidam putat legendũ fieri, quo modo & in meo vetuſtiſſimo manuſc. legitur.

*Scribẽ. hic iſtum textũ reputãt ſin. ad hoc ꝙ ſi vendidi tibi rem quã tu emptor donaſti Titio: ſi ab eo euincatur, non ſum obligatus Titio de euictione. Bolog.

d] Id eſt de contrahẽ. & cõmit. ſtip.

UNED

rem ad quam tenebatur, & aliquid reſtat ab eo adimpleri, ſiquidem in ipſa re quam ſoluit adhuc tota res ab eo peti poteſt: vt hic, &. d. l. etiam. de ſol. &. l. ſi rem meam. ſi autem illud quod eſt ſoluendum, non eſt ſupra illud quod ſoluit: quia ſolutum, plene eſt ſolutum, ſcilicet ſi cum debeantur decem, ſoluit quinque: tunc in eo quod ſoluit, eſt liberatus, & non petitur: vt. j. de ſol. l. ſi ſtipulatus. §. qui decem. ſi autem hominem in genere tibi debeo, & eum vulnerauero, & poſtea ſoluerim tibi: diſtingue vt ple. no. ſ. de dolo. l. & elegāter. §. non ſolum. & facit. ſ. de cōdic. cauſa da. l. fi. &. ſ. ſolu. ma. l. ſi marito. §. fina. & de ſol. l. qui ſibi.

a *Promittetur*. quemadmodum ſi ipſi ſtipulatori traditus fuiſſet.

b *A Titio*. ſuo forte procuratore. aliàs non mandati, ſed nego. geſt. vt. j. de ſol. l. vero. §. interdum. Alij dicunt, vt M. tacitū intelligi mandatum, argu. huius. §. & infra de ſol. l. qui res. §. qui ſtipulatur.

c *Interpoſuit*. quia illi donare volebat.

d *Reum*. id eſt promiſſorem. Accur.

e *Liberari*. ex donatione enim non tenetur de euictione, niſi ex dolo: quia ſciens promiſit rem alienam, vel pacto. M. quia promiſit de euictione: vt. C. de euic. quoniam auus. & fa. ſ. de vſufruc. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. in prī. in dubio autē non præſumo donum: vt ſupra de proba. l. cū de indebito. §. j.

† Iſtam legē Matthæ. Matthæ. ſingu. ſuo. 176. inci. no. qđ ſi aliquis promittit: dicit eſſe ſin. poſt Barto. hic ad hoc quòd qui ꝓmittit aliquē ſub certa pœna tractare vt filium: tenetur de facto illum emācipare, aut heredē inſtituere, exheredaréve ꝓ quo facit glo. meo iudicio in. l. literæ vbi notaui in glo. in ver. affectus. ſ. de iure cod.

promittetur. [a] nam intereſt eius quia mādati actione fundum recepturus ſit à Titio. [b] Sed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, [c] dicetur traditione protinus reum [d] liberari. [e]

Qui aliquem tanquam filium promittit tractare: ipſum emancipare, inſtituere, vel exheredare tenetur de iure, vel de facto: aliàs pœna cuiuſque ſtipulationis committitur. Bartolus.

CXXXII. PAVLVS *libro quintodecimo Quæſtionum.*

QVidam [f] † cum filium alienum ſuſciperet, [g] tradenti promiſerat certam pecuniæ quantitatem, ſi cum aliter quàm vt filium obſeruaſſet. quæro, [h] ſi poſtmodum domo eum propulerit, vel moriens nihil ei teſtamento reliquerit: an ſtipulatio committetur. & quid [i] intereſt, vtrum filius, an alumnus, vel cognatus agentis [k] fuerit. [l] præterea [m] quæro, ſi filium ſuum quis legitimè in adoptionem dederit, & ita vt ſupra [n] ſcriptum eſt, ſtipulatio interceſſerit, eúmque pater adoptiuus exheredauerit, vel emancipauerit: an ſtipulatio committatur. Reſpondi: Stipulatio vtilis eſt in vtroque caſu. [o] Igitur ſi contra conuentionem factum ſit: committetur ſtipulatio. [p] Sed videamus [q] primùm in eo qui legitimè adoptauit: an poſſit committi [r] ſi eum exheredauerit, vel emancipauerit. [ſ] Hæc enim pater circa filium ſolet facere. Igitur non aliter eum quàm vt filium obſeruabit. [t] ergo exheredatus de inofficioſo [u] agat. [x] Quid ergo dicemus ſi & meruit exheredari? Emancipatus planè & hoc remedio [y] carebit. Quare ſic [z] debuit interponi [a] ſtipulatio, vt ſi eum emancipaſſet vel exheredaſſet, certum quid

B promitteret: quo tamen caſu commiſſa ſtipulatione, [b] poteſt quæri an exheredato permittendum eſſet dicere de inofficioſo: maximè ſi patri [c] naturali heres extitiſſet: an victo [d] deneganda eſt ex ſtipulatu actio. Sed ſi ei [e] qui ſtipulatus eſt, non debuit denegari: victo filio, nec ipſi deneganda erit debitæ pecuniæ executio. [f] In eo autem qui non adoptauit, [g] quem intellectum habeat hæc conceptio, ſi eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet, non proſpicio. an & hic exigimus [h] exheredationem vel emancipationem, res in extra-

C neo ineptas? [i] Sed ſi [k] is qui legitimè adoptauit, nihil facit contra verba ſtipulationis, cum vtitur patrio iure: in eo qui hæc non fecit, dicit ſuperuacuo. [l] dici tamen poterit commiſſam eſſe ſtipulationem.

QVidam cum filium.] CASVS. Habebam filium meum quem dedi tibi ad tibi ſeruiendū: & ſtipulatus ſum à te quòd ſi eum aliter quàm ac filiū tractares, quòd caderes in pœnam. c. aureorum. tu promiſiſti. Item dedi tibi filium meum in adoptionem, & ſtipulatus ſum ſimiliter quòd eum tractabis vt filium. non obſtante promiſſione tua, tu eum repellis de domo tua: vel moriens nihil ei relinquis: vel eum emancipas ſine aliqua donatione. quæro vtrum ſtipulatio commiſſa ſit? Reſpon. quòd ſic in vtroque caſu: nec refert vtrum cognatus meus, an filius, vel alumnus ſit, quem tibi trado ſub tali pacto vel ſtipulatione. hoc dicit vſque ad. §. filiusfam. vide text. ſatis prolixum & clarum. [FILIVSFAMIL.] Habebam filium in poteſtate mea, qui mutuabat pecuniam cuidam Titio: & ſtipulatus eſt à Mæuio hoc modo: Mæui amice chariſſime promittis mihi ſi non poſſim conſequi pecuniam meam à Titio, quam ei mutuare volo, quòd eam mihi reddes tanquam fideiuſſor eius? ille promittit. poſt hæc ego filium meum emancipo: & tunc mutuat Titio illam pecuniam. Quæritur, an mihi patri debeat aliquid fideiuſſor? Reſpondetur quòd nec fideiuſſor nec principalis quicquā mihi debent. Franc. Accurſius.

f *Quidam*. tres ponit quæſtiones. Accur.

g *Suſciperet*. ſed non adoptando. accipiebat autem à patre forte qui tradebat ad ſeruiendum. Accurſius.

h *Quæro*. prima quæſtio. Accurſius.

i *Et quid*. ſecunda quæſtio.

k *Agentis*. id eſt tradentis qui agit ex ſtipulatu.

l *Fuerit*. ille filius alienus. Accurſius.

m *Præterea*. tertia quæſtio. Accurſius.

n *Vt ſupra*. puta promittis. c. ſi aliter quàm vt filium obſeruaſſes.

o *In vtroque caſu*. id eſt cum expulit, vel nil reliquit. Item cum

A exheredauit, vel emancipauit. Item quando in adopt. & quando ſine adop. eſt traditus: & ſic in primo & tertio. Et caue tibi quia in fine videtur corrigere.

p *Committetur ſtipulatio*. hoc patet lippis & tonſoribus: ſed opus eſt oſtendere quid velint hæc verba, ſi eum aliter quàm vt filiū obſer. & hoc ſubiicit, in eo, &c. licet non plene. per hāc enim reſponſionem, & mediæ quæſtionis, non ſolum primæ & tertiæ [a] colligitur ſol. vt non interſit ad committendā ſtipulationem quis fuerit ſtipulatus ex prædictis, pater vel alius, cū prudentibus rationem affectionis haberi placuerit: vt ſupra man. l. cum ſeruus.

a] Aliàs ſecundæ.

q *Sed videamus*. tertiam hic proſequitur.

r *Committi*. ſcilicet ſtipulatio.

ſ *Emancipauerit*. & videtur ꝙ non. hoc enim &c. Accurſius.

t *Obſeruabit*. ecce per hoc innuit quòd per talia ſtipulatio non committitur.

u *De inofficioſo*. olim plane: ſed hodie ſecundum diſtinctionem. C. de adop. l. cū in adoptiuis.

x *Agat*. quia nō ex ſtipulatu fecit. Accur.

y *Remedio*. id eſt nō ſolum non committitur ſtipulatio, ſed nec de inoffic. aget: vt & ſupra ſi quid in fraudem pa. l. fina. Accur.

z *Quare ſic*. hoc non ad proximū refertur quādo meruit exheredari. nam tunc non valet ſtipulatio, cū per hoc inuitaretur filiꝰ ad offendēdum patrem: vt. ſ. de pac. do. l. conuenire. ſed refertur ad ſuperius ibi, igitur non aliter, &c. ſcilicet quando non meruit exheredari.

a *Interponi*. vt propter hoc committatur.

b *Commiſſa ſtipulatione*. quia alterutrum eorum fecit: vel exheredauit, vel emancipauit.

c *Si patri*. qui ſtipulatus fuerat ſi exheredaſſet vel emancipaſſet. vnde hanc ſtipulationem vel actionem habeat nunc filius heres ad pœnam. vnde cum alio iure agere poſſit, non videtur habere querelam: vt inſtitu. de inoffic. teſta. §. tam autem. Sed contra. eſt: quia illam habet vt quilibet extraneus heres patris: & hanc querelam ſuo nomine.

D

d *An victo*. cum egit de inoffic. iure ſuo.

e *Sed ſi ei*. patri naturali.

f *Executio*. ex ſtipulatione patris cuius heres eſt, cum ſupradicto modo interpoſita fuerit ſtipulatio, & amiſerit in querela filius.

g *Non adoptauit*. vt fuit. j. reſpon.

h *Exigimus*. vt committatur ſtipulatio. Accurſius.

i *Ineptas*. vt &. ſ. de lib. & poſthu. l. ſi poſthumus. §. fi.

k *Sed ſi*. id eſt quamuis, ſecundum. R.

l *Superuacuo*. R. &. M. ſic legunt: ſi, id eſt quamuis verus adoptator non cadit in ſtipu. cum vtitur paterno iure: ille tamen qui non fecit, id eſt non adoptauit, committit in ſtip. ſi exheredet, vel emancipet: ſed ſuperuacuo: quia repellitur exceptione actor. alij vt H. ſic, quia hæc verba, cum vtitur paterno iure, [b] poſſunt determinare præcedentia: & exponuntur exheredando vel emancipando: & ſequentia expone ſic: in eo qui hoc non fecit, id eſt non adoptauit: licet ſuperuacuo, ſcilicet exheredet vel emancipet: quia res eſt inepta in extraneo: dici tamen poterit, &c. Item poſſunt determinare ſequentia: & tunc lege præcedentia ſic: nihil facit

b] Pater iure paterno poteſt emancipare, vel inſtituere. quæ glo. facit cōtra ſing. Roma. 342. vbi dicit quod qui promiſit aliquem tractare vt filiū debet illum inſtituere, vel ex ingratitudinis cauſis exheredare.

facit contra verba ſtipulationis ſi eum exheredet, vel emancipet: tamē cum vtitur paterno iure in eo qui hoc non fecit, id eſt in eo filio qui ſe non dederit in adoptionē: licet ſuperuacuo exerceat in eū paternū ius, id eſt exheredet vel emācipet: quia res eſt inepta in extraneo: dici tamen poterit &c. Tertij legunt [a] interrogatiuè. q. d. nequaquā poterit dici cōmiſſam ſtipulationē. vel verius ſecundū Azo. plane poteſt legi: vt talis notetur ratio: ſi adoptans vtitur paterno iure cum exheredat vel emancipat, & ideo nō tenetur ex ſtipulatu: ergo qui hoc nō fecit, id eſt non exheredat vel emancipat, non vtitur paterno iure: & ideo ex ſtipulatione tenet᷑: ſiue ſit verus adoptator, ſiue nō. nam vt verus pater tenetur inſtituere vel exheredare: ita hic idem facere debet metu pœnę, licet ſuperuacuo: ar. ſ. de condi. inſtit. l. mulier. §. pen. & ſic dicim⁹ committi. Sed qui ſub interrogatione legunt, dicunt nō committi: & ſecundū hoc verba, cū vtitur paterno iure, determināt præcedentia: vt in ſecūda lectura dixi: & hunc approbo intellectū. Vel quinto tota loquatur de vero adoptato: & dic in eo qui hoc non fecit, id eſt nō vtitur paterno iure: ſed de domo propulit, vel teſtamento præteriit. Et no. ꝙ non valet pœna quam promittis ſi eum non inſtituas: quia contra bonos mores. valet autem ſtipulatio pœnæ ſi exheredes: quanquam æquiualere videatur eundē nō inſtitui, & eū exheredari, id eſt pœnā ſi non inſtituas, vel ſi exheredes. Itē not. ex prædictis, ꝙ ſecundum quoſdam cōmittitur: ſed inefficaciter: ſecundum Azo. cum effectu: ſecundū alios nullo modo: vt patet ex prædictis rationibus. Accur.

a] Et male. Pau.

Si ſtipulatio ſub conditione poteſtatiua cōcipiatur: quantum ad adquiſitionem tempus exiſtentis conditionis inſpicitur. Bar.

Filiusfamilias ita ſtipulatus eſt: *Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes?* & emancipatus credidit. patri non debebit fideiuſſor: quia nec reus [a] ei tenetur.

Stipulatio ſemel ad intereſſe cōmiſſa, ſi factum eſt reiterabile, iterum committitur quotiens contra fiat: niſi aliter actum ſit. Bar.

B

CXXXIII. SCÆVOLA *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

SI ſic ſtipulatus ſim, *Neque per te, neque per heredem tuum vim fieri ſpondes?* & egi quòd mihi vim feceris: rectè remanere factum heredis in ſtipulatione. [b] nam & ex ipſius [c] poſteriore vi [d] poteſt committi ſtipulatio. nō enim ad vnā vim tantū pertinet. [e] nam ſicut & ipſius & heredis caput: [f] ita ipſius [g] vis vel ſæpius facta cōplectitur, [h] vt condemnetur quāti intereſt. [i] Aut ſi ſic volumus [k] factam eſſe ſtipulationem: *Neque per te, neque per heredem tuum fieri?* vt ad vnam [l] vim primam teneat: ſi vim fecerit, amplius ex heredis * cōmitti non poterit. [m] Ergo ſi actum ſit [n] quaſi ex ipſius vi, tota conſumpta ſit. quod non eſt verum.

C

a *Nec reus.* cum ſe obligauerit donec filius in poteſtate fuerit: vt ſ. ſi certum pet. l. qui pecuniam. & cum cauſa naturalis ſecuta eſt poſt emancipationem quæ confirmauit ſtipulationem, ſecundū R. & fa. ſ. ad Mace. l. ſi filius. §. fi. & j. de fideiuſ. l. ſi debitori. j. §. fi. & ſ. man. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi filio. ſed contra. ſ. eo. l. ſi filius. ſol. vt ibi. Accur.

SI ſic ſtipulatus. Iſta lex eſt Scæuolæ: & ſecundum ſuum morem ſatis obſcura. [CASVS TALIS EST.] Stipulatus ſum à te ꝙ neque tu neque heres tuus vim mihi facietis. ſi tu mihi vim feceris: nō eſt extincta ſtipulatio contra heredē: quia poſſet fieri quòd ipſe etiā mihi vim faciet. nam ſicut iſta ſtipulatio continet factū tuū & heredis, & ſic duo facta: ita duæ vidētur quodāmodo eſſe ſtipulationes. ſi vero agimus inter nos vt per primā vim factam extinguatur etiā ſecunda ſtipulatio: tunc prima vi commiſſa, ſecunda ſtipulatio extinguetur, quaſi tota vis ſit cōſumpta per primam vim: & agetur ex hac ſtipu. quanti intereſt eius qui vim paſſus eſt, vim non eſſe commiſſam. Fran.

b *Heredis in ſtipulatione.* vt ipſius. ſ. facto cōmittatur ſtip. Azo. licet ſemel commiſſa fuerit ex facto promiſſoris.

c *Et ex ipſius.* principalis promiſſoris.

d *Poſteriore vi.* iam enim fecerat vim, & ex ea erat condemnatus.

e *Pertinet.* ſed ad plures pertinet ſtipulatio: quod euidentius aperit: cum ſit æquum. nam &c.

f *Caput.* al. capit, ſcilicet ſtipulatio. aliàs caput. & quòd dicit, heredis, idem ſi non dicatur: vt. ſ. de proba. l. ſi pactum.

g *Ipſius.* ſcilicet heredis.

h *Complectitur.* i. comprehenditur in hac ſtipulatione.

i *Quanti intereſt.* ſcilicet vim non eſſe factam.

k *Volumus.* ſcilicet ponere, ſecundum quoſdam.

l *Vt ad vnam.* ſcilicet quòd ſit actum, ſecundum quoſdam.

m *Non poterit.* cum cōmiſſa ſit ex facto defuncti, ſecundum eos.

A

n *Si actum ſit.* quia hæc ſtipulatio committitur totiēs quotiēs vis fit, niſi contrà actū ponamus: ergo ſi actum ſit expreſſim quaſi vt ex ipſius promiſſoris vi prima tota conſumpta ſit ſtipulatio: ita ſcilicet vt illa poſteriore vi committi non poſſit: ſi hoc inquam actū ſit, tūc ad ſolam vim primam pertinebit. Vel ita: ſi actum ſit hoc expreſſim vt ad ſolam vim primam pertineat: tūc quaſi ex ipſius ꝓmiſſoris vi prima cōſumat᷑ ſtipulatio. & hoc ſecundū eos qui habēt in litera ſic: ergo ſi actū ſit quaſi ex ipſius vi ſit. Alij habēt in textu: hoc ita, ſi &c. vt ſcilicet ad ſolā primam vim pertineat. In aliis libris hoc totū deeſt, ergo ſi actū &c. quod autē ſubiicit, quod nō eſt verū, ſcilicet vt ex prima vi conſumatur ſtip. niſi actum ſit, poterit autē tota planius legi vt exponas: at ſi ſic volumus factā eſſe &c. id eſt intelligere eſſe factā ſtipulationem prædictā ī dubio &c. & poſtmodū accipe, ergo ſi actū ſit, ſcilicet ꝙ ſemel tātum cōmittatur: tūc quaſi ex ipſius promiſſoris prima vi tota conſumpta ſit: & quod ſubiicit: quod nō eſt verū &c. vt dictū eſt, expone vt. ſ. in ea. glo. Ad id autē quod dicit hæc lex ꝙ pluries cōmittatur, facit. j. rē pupil. ſal. fo. l. iiij. §. pen. & rē ra. haberi. l. ſi procurator. & ſ. ſi cui plus quàm per leg. Falc. l. iij. §. quæſitū. & ſ. vſufru. quēadmodum ca. l. j. §. habet autem. Sed contra. ſ. de hered. vendi. l. venditor. in prin. ſed expone vt ibi. Item contra. ſ. de arbi. l. ſi duo. §. fina. ſol. hæc ſtipulatio intereſſe continet: & ſi ſæpius intereſt, ſæpius committitur. Illa verò pœnam certam continet: quæ ſemel committitur, & non pluries. arg. j. rem ra. habe. l. ſi procurator. & inſtit. de inuti. ſtip. §. alteri. ſed & in facto diuide: ſit tale quod recipiat iterationem, vt hic. an non: vt fundum tradi. ſi ſemel conſecutus ſum intereſſe meū: amplius non agam. Item contra. ſ. eo. l. ſi quis ita. ſol. vt ibi. Accur.

* Alc lib. 9 par. c. 18. perfidioſè, vt quidam ait, Græcam huic loco dictionem aptauit falſo libri manuſcr. velamēto. Ant vero Angu. li. 1. c. 9. rectam lectionem & diſpūctionem huius loci docet.

Stipulatio pœnalis inter ſponſos & eorum parentes ſuper ſponſalibus interpoſita, eſt ipſo iure nulla. Bartolus.

CXXXIIII. PAVLVS *libro quintodecimo Reſponſorum.*

TItia quæ ex alio [o] filium habebat, in matrimonium coiit Gaio Seio habēti filiam: [p] & tempore matrimonij conſenſerunt vt filia Gaij [q] Seij filio Titiæ [r] deſponderetur: & interpoſitum eſt inſtrumentum: & adiecta pœna, ſi quis eorum [ſ] nuptiis impedimento fuiſſet. poſtea Gaius Seius cōſtante matrimonio diem ſuum obiit: & filia eius noluit nubere. [t] quæro an Gaij Seij heredes teneantur ex ſtipulatione. Reſpondit, ex ſtipulatione quæ proponeretur, cum non ſecūdum bonos mores [u] interpoſita ſit,

TItia quæ.] CASVS hic ſatis planus eſt. Hic eſt optimus textus quòd in contrahendis matrimoniis non debet adiici pœna: quia libera debent eſſe matrimonia, ibi, quia inhoneſtum eſt viſum. [IDEM RESPONDIT PLERVMQVE.] Veniſti ad me, & rogaſti vt tibi mutuarem centum aureos ſub vſuris. fui contentus, & conuenimus inter nos quòd non peterem ſortem interim quòd vſuræ ſoluerentur. tradidi tibi pecuniam mutuam quam petebas. poſt contractum completum ſtipulatus ſum à te
D ſortem & vſuras iſtius pecuniæ quam tibi mutuaui: nec tamen repetiuimus vt quandiu ſolueres vſuras, non peterem ſortem. Quæritur hic, vtrum intelligatur iſta conuentio eſſe repetita? Reſpon. quòd ſic: nec potero ſortem petere quandiu ſolues vſuras. [IDEM RESPONDIT, CVM SEPTICIVS.] Qui ſcribit ſe fideiuſſiſſe pro aliquo: intelligitur interceſſiſſe ſtipulatio, & omnia ſolenniter acta præſumuntur. [IDEM RESPONDIT, QVOTIENS.] Facimus tu & ego multos contractus. vendo tibi librum pro. x. ſcutis. loco tibi domum pro. xx. aureis: & omnibus his ſubiicio vnam ſtipulationē ſic: promittis ergo omnia ſupradicta ſeruare? tu reſpondes, promitto. certe ſufficit iſta ſtipulatio pro omnibus ſuperioribus, & videtur quaſi ad quemlibet contractum eſſe reſponſum. Fran.

o *Ex alio.* ſcilicet viro iam mortuo.

p *Filiam.* ex alia vxore.

q *Filia Gaij.* nata ex alia vxore.

r *Filio Titiæ.* nato ex alio marito.

ſ *Si quis eorum.* vel filia Gaij: vel filius Titiæ.

t *Noluit nubere.* ſcilicet filio Titiæ. Accur.

u *Bonos mores.* vt C. de pact. l. pacta.

UNED

agenti [a] exceptionē doli mali obſtaturā: [b] quia inhoneſtū † viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia [c] obſtringi, ſiue futura, ſiue iam cōtracta.

Quæ in præfationibus dicūtur: in ſequētibus repetita intelliguntur. Bar.

Idem reſpondit: [d] Plerumque ea quæ præfationibus conueniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur: ſic tamen, vt nō [e] ex ea repetitione inutilis efficiatur ſtipulatio. B

Verbū ꝓmiſit, redactū in ſcriptis, intelligitur per ſtipulationē. Bar.

Idem reſpōdit, cū Septicius literis ſuis præſtaturū [f] ſe cauerit pecuniā & vſuras eius ſemiſſes, quæ apud [g] Sēproniū depoſitæ ſint: ſi inter præſentes actū eſt, intellegēdum etiā à parte Lucij Titij præceſſiſſe verba ſtipulationis. [h]

Licet vnicus ſit conceptus verborum, tot tamen dicuntur ſtipulationes quot præceſſerunt conuentiones ad quarum roborationem venit ſtipulatio. Bar.

Idem reſpondit, quotiens pluribus ſpecialiter [i] pactis ſtipulatio vna omnibus ſubiicitur: quamuis vna interrogatio & reſponſum vnum ſubiiciatur, tamen proinde haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ [k] fuiſſent. C

Terminus ſolutionis vſurarū cedit à die ſtipulationis interpoſitæ, quando ſtipulatio eſt pura: & vſuræ debētur non propter moram, ſed propter ſtipulationē. & verba, qua die petiero, non reddunt ſtipulationem conditionalem: ſed faciunt monitionem. Pau.

CXXXV. SCÆVOLA *libro quinto Reſponſorum.*

SI ita quis promiſerit: *Decem tibi dabo qua die petieris, & eorum vſuras* [l] *in dies* [m] *triginta*: quæro, vſuræ vtrum ex die ſtipulationis, an ex die qua petita ſors fuerit, debeātur. Reſpōdit, ſecundū ea quæ proponerētur, ex die ſtipulationis deberi: [n] niſi aliud actū manifeſtè probaretur. Item quæſitum eſt, quando pecuniam reddere debebo [o] cum primū petierit. Reſpondit, verba quæ proponerentur, ex die quo ſtipulatio facta eſſet, initium capere.

Ex parte creditoris ad actionem conſeruandā admittitur purgatio moræ intra modicum tempus, ſi aduerſarij non intereſt. Bar.

Seia cauit [p] † Lucio Titio quòd mandante eo [q] hortos emiſſet, [r] cum [ſ] pretium [t] omne cū vſuris * ab eo [u] recepiſſet, ſe in eum [x] proprietatē hortorū trāſlaturam. [y] †

a *Agenti*. ad pœnam.

b *Obſtaturam*. ſecus eſt in legato relicto Titio vt Bertam ducat. [a] A ſ̄. de condit. & demon. l. Titio. j. §. Titio. j. Accur.

c *Matrimonia*. contrahenda, vt hic: vel ſoluenda: vt. ſ̄. eod. l. ſi ita ſtipulatio facta. forte quia non intereſt pecuniariter: & hoc exceptis arris: [b] vt C. de ſpon. l. fin. in fin. Sed an inter extraneos debet eſſe hæc libertas? Reſpondeo, non. vnde valet ſi promittis mihi decem ſi illa illi nupſerit: vel non nupſerit, vel repudiauerit. ar. ſ̄. de condit. & demon. l. cum ita legatum. in fin. & l. Titio. j. §. j. Alij contra: vt C. de ſponſa. l. fina. in fin. not. Sed an pignus dari poterit? Reſpond. non pro pœna: vt C. de leg. & ſenatuſcon. l. non dubium. ſed loco arræ ſic: vt ipſum ſit principale ſeu acceſſorium matrimonij: vt C. de inuti ſtipu. l. ij. Quid autē ſi pecuniariter intereſt mea, quia fœmina eſt diues quam ſtipulor in vxorem? forte valet intereſſe: vt. ſ̄. dē ſpon. l. ij. Accur.

d *Idem reſpondit*. pone exēplum ſupra de pac. l. item quia. in fin. Item ſic inſtitu. de. l. Aquil. §. pen. & hoc niſi interuallum longum interueniat: vt C. de vſuris. l. per retentionem. [c] plerunque autem qualiter dicatur, ſcilicet hoc in litera: in fine dicit. Item fa. ſ̄. de ac. emp. l. ſi tibi. & de reſcin. vend. l. fin. in fin. & de condit. inſtitu. l. cum ſeruus. & de ſerui. vrb. prædio. ſi binarum. [d] & de leg. j. l. talis. in fi. & l. ſeruo alieno. §. ij. & C. ſi man. ita fue. alie. ne pro. l. j. in fi. & ſ̄. de ædil. edict. l. ſi vero. Accur.

e *Vt non*. veluti ſi cōueniſſet vt Stichum mihi dares Carthagine: & poſtea ſtipulor eundem Stichum & decem dari mihi hodie: vel econtra. non enim intelligitur repetitum Carthagine. & ſic no. quòd vitioſus intellectus tacitus non ſubauditur. ſic C. de condi. inſer. l. cum patrem. & ar. ſ̄. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. quia autem. in princ. & ſ̄. e. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fi. §. & ſ̄. ex quibus cau. ma. l. & qui data. §. ſed hæc.

f *Præſtaturum*. Lucio Titio. Accur.

g *Quæ apud*. [e] ſcilicet ſors & vſura. & ſic quaſi fideiuſſor erat.

h *Stipulationis*. i. interrogationis. & no. ar. duplex: ex quo ſcriptū eſt, præſumitur factum ſolenniter. ſic. ſ̄. de dona. l. ex hac. Ex quo D eſt factum, quòd ſolenniter ſit factum. ſic. ſ̄. eo. l. ſciendum. & ibi plene dixi. & facit C. de contrahend. ſtipu. l. j. & ſ̄. de pact. l. iuriſgentium. §. quod fere. & ſ̄. tit. j. l. non figura. Accur.

i *Specialiter*. de facto. nam de iure communi non valebant illa pacta, quia nuda: nec videatur dicere idem. j̄. eodē. l. pluribus. vel non abſonum eſt idem ibi & hic dici, vt ſiue de facto ſiue de iure pacto interpoſito dicantur res plures.

k *Deducta*. ergo ſunt plures: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. quotiens. & j̄. eo. l. pluribus. in prin. & ſ̄. e. l. quod dicitur. j. & l. ſcire. & de euict. l. quod autem. Accur.

S *I ita quis*.] CASVS. Stipulatus ſum à te hoc modo: Titi dabis mihi. c. ea die qua petiero, & vſuras per dies triginta continuos? tu reſpondes, promitto. Nūc quæritur, ex qua die incipiant currere vſuræ, an ex die ſtipulationis interpoſitæ, an ex die qua petitæ fuerint vſuræ? Reſpondetur, quòd ex die ſtipulationis interpoſitæ. Item quando cedit dies petendæ pecuniæ? Reſpondetur quòd ex die ſtipulationis incipit cedere. [SEIA CAVIT.] Quædam mulier vocata Seia promiſit Lucio Titio quod ſecundum eius mādatum emeret ſibi hortos aut certos alios fundos: quod & fecit: & iterum promiſit quotienſcunque ipſe Lucius Titius ſolueret pretium ipſorum hortorum ſeu fundorum cum vſuris, quòd transferret in eum dominium fundorum, ſeu hortorum. deinde incontinenti conuenerunt inter ſe quòd Lucius Titius ſolueret pretium in feſto Paſchæ, & fundos acciperet. iſte Lucius Titius non expectauit feſtum Paſchæ: ſed ante terminū obtulit Seiæ partem pretij: ſed paulo poſt obtulit vniuerſum pretium cum vſuris: ſed Seia accipere noluit: & ſemper eſt paratus Lucius ſoluere pretiū cū vſuris. Quæritur nunc vtrum iſta Seia poſſit agere ex ſtipulatu contra Lucium Titium: attento quòd ipſe eſt paratus ſoluere, & obtulerit Seiæ ſummā cum vſuris? Reſpondetur quòd ſi non poſt longum tēpus obtulit, & Seiæ nihil intereſt propter moram factam: quòd iudex in hoc cognoſcet: & ſecundum quod ei æquum viſum fuerit, ſtatuet. [EA LEGE.] Seia ſoror mea donauit cuidam Titio vnum ſeruum ea conditione, vt iſte ſeruus non perueniret in poteſtatem fratris ſui, aut ad filium, & quaſdam alias perſonas: & ita donatarius Titius promiſit. poſt aliquod tempus iſte donatarius moritur, & relinquit heredem Seiam & fratrem ſuum cui prohibuerat Seia dari ſeruū iſtum. Quæritur nunc, vtrum iſta Seia poſſit agere ad intereſſe contra coheredem ſuum? Reſpondetur quòd ſic pro ſua parte. vide gloſſ. ſuper verbo, intereſt. [FILIA QVÆ.] Filia quæ fuit exheredata, egit actione inofficioſi teſtamenti: & tranſegit cum heredibus aliquo ſibi dato: & interpoſita eſt ſtipulatio doli: poſt hoc heredes ſtipulati ſunt ab ea ne ampli⁹ ageret, & quòd in hoc dolus non ineſſet. poſt hanc tranſactionem ipſa Seia reperit quod teſtamentum erat falſum. agit de falſitate teſtamenti. Quæritur, vtrum committatur ſtipul. doli? Reſpondetur quòd non: quia nihil pertinet ad hanc ſecundam actionem falſi teſtamenti. Fran.

l *Vſuras*. aliàs contra: vt. ſ̄. de vſur. l. tutor. §. fi.

m *In dies*. quoſlibet.

n *Deberi*. contra videbatur per verba ſtipul. qua die petieris: vt extunc currerent vſuræ. ſed contra. reſpond. quia non animo differendi obligationem, ſed vt celerius ſoluatur, interponitur: vt ſupra eo. l. ſi decem cum petiero. ſed ſi accepiſſet dilationē, tunc ex mora: vt. ſ̄. ſi cer. peta. l. lecta eſt. in fin. niſi nominatim eſſet dictum vt extunc præſtentur vſuræ: vt. ſ̄. eod. l. huiuſmodi. ij. & l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. & facit C. de iur. emphy. l. ij. & ſupra eo. l. liber homo. ij. §. decem.

o *Debebo*. ſic. ſ. promiſſam, cum primum &c.

p *Seia cauit*. i. promiſit per ſtipulationem.

q *Eo*. ſcilicet Lucio Titio.

r *Emiſſet*. ſcilicet Seia.

ſ *Cum*. id eſt quando.

t *Pretium*. ſcilicet quod de ſuo dederit. Accur.

u *Ab eo*. ſcilicet Lucio Titio.

x *Se in eum*. ſcilicet Lucium Titium.

y *Tranſlaturam*. erat enim dominium Seiæ, non Lucij Titij: quia nec ipſa nec venditor cogitauerant quòd acquireretur dominiū mandanti. & ideo ipſa act. man. directa tenetur, ſcilicet ad tradēdos hortos: & contraria agere poteſt, ſcilicet ad pretium.

*Incontinenti.*

a] Iſtud procedit ī matrimonio carnali: ſecus in ſpirituali: vbi quis ſub ſpe præmij nō debet induci: vt ſi fiat promiſſio abbati de recipiendo aliquē in monachū: quia tunc eſſet ſimonia: vt in c. nobis. & c. de ſimonia. ſecundum Bart. & Pau.

b] Et bene. & dic aliud in pœna, & aliud ī arris. Bart.

† No. qualiter libera debent eſſe matrimonia. cō cor. tex. in. c. requiſiuit. de ſponſa. extra.

c] Dic quòd hic loquitur in his in quibus partes conueniunt antequā fiat contractus: vt. ſ̄. de pact. l. itē quia. §. fin. ſecū. Bar.

d] Dic ꝙ ibi ex interuallo fuit facta traditio. aliàs ſecus: vt hic.

Intellect⁹ vitioſus tacitus non eſt ſubaudiendus.

e] Ange in. l. ſciendū. ff. de ædil edi. in princi. & Alex. in. l. vbi autem. §. illud. ſ̄. eod. iſtam glo. dicunt ſing. ad hoc ꝙ promittens id quod Titius debet, videtur promittere vt fideiuſſor: nō autem vt principalis. Bol.

† i. ꝓmiſit.

* Quæ ex natura mandati debentur.

† Etiā ſi hęc promiſſio non eſſet facta, poterat iſta Seia conueniri ad tranſlationē dominij.

UNED

a *Incontinenti*.& ideo ſtipulationi infuit.Vnde not. quòd tam in contractibus ſtricti iuris quàm bonæ fidei pacta quæ fiunt incõtinenti,pariunt ac.præſcrip.ver.& infirmant veterem: vt.s̃.ſi cer. pe.l.lecta eſt.§.dicebam.Accurſius.

b *Numeraret*. ſcilicet Seiæ.

c *Modico tempore*. arbitrio iudicis definiendo.

d *Non ſtet*.hoc propter ſecundam morã in qua Titius non eſt: vt.s̃.de peri.& commo.rei ven. l.illud.

e *Vniuerſam*. quæ ſupereſt.

f *Poßit*. ſcilicet fundũ ſibi tradi.

g *Poſt*. quod iudex dirimit: arg.ſupra de iure delibe.l.j.in fin.& facit s̃.de except.do. apud.§. Labeo.& ſupra eo.l.interdum.§. fina. & infra de ſol.l. ſi quis ſtipulatus.&.s̃.de pecu. le.l.ij. Accurſius.

* Subaudi diẽ, Græca figura. Ant. Aug.lib.2.emen.ca.1.

h *Intereſſet*. vt ſupra ſi quis in ius voc.l.ij. §. fi. & ſupple nec lis conteſta[a] eſſet. hæc enim tria neceſſaria ſunt vt abſint, ad hoc vt purgari poſſit mora:vt.s̃.eo.l.ſi inſulam.[b] & hæc in pura.ſecus in conditionali,& in pœnali: vt not. ſupra ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. Item facit infra de ſolu.ratum.& ſupra de arbi.l.Celſus. & l.item ſi vnus.ad prin.§. ſi multo.

a] Malè dicit in caſu iſtius.§.quia hic loquitur in actore, q nõ ſolet cõteſt.lit.nocere:vt.l.nõ ſolum.j. de re iudi. Bartol. & P.

b] Illa loquitur in reo. Bart.& P.

i *Ea lege donatum ſibi*. ſ. Titio.

k *Eius*.donatarij.& ſic de ſingulis.

l *Titius*. donatarius enim fuit confeſſus pactum, & etiam per ſtipulationem promiſit ſe ſeruaturum.

m *Qui*. ſcilicet Titius donatarius.

n *Seiam*.donatricem.

o *Cui*.ſcilicet fratri.

p *Ne ſeruiret*.ſeruus.Accurſius.

q *Expreſſum*.ſcilicet in donatione cauſa mortis.

r *Cum fratre*.ſcilicet donatarij.Accurſius.

ſ *Poßit*.pro ea portione qua Titio ſucceſſit.

t *Intereſt*.ergo ex huiuſmodi ſtipulatione quæ eſt in non faciendo,agitur ad intereſſe.Item quod dicit vt ne ad fratrem perueniret:not.quòd etiam curare debuit. vnde & ſi inteſtatus decedit, & frater ei ſuccedat,committitur, [c] & valet ad contractum emphyteuticum:vbi promittitur non alienari in perſonam potẽtiorem;quia ex teſtamento vel ab inteſtato non debet tranſmittere. non ergo licet donare deo vel eccleſię ſi eccleſiam velit facere heredem? [d] Reſpondeo, imò licet in ſuis: vt eccleſia quodammodo ſit de ſuis:vt arg.in authen.de ſanc.epi.§.ſed hæc. eſt enim modus in rebus &c.Item not.quòd tenet alienatio : ſed ad intereſſe agitur.& ſic concor.C.de condic.ob cau.l.ea lege. & facit.s̃. de le.ij. peto.§.fratre.& de act.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi. Sed arg.contra. s̃. de alie.iudi.mut.cau.fac.l.ex hoc.§.j. verſi. ſed heredem. &. s̃.de acqui.re.domi.quædam. ADDITIO. Dic quòd ibi alienatio prohibetur à lege:vnde inſtitutio heredis non videtur prohibita. hic de prohibitione hominis certarum perſonarum quę non poſſunt inſtitui,ſecundum Bart.

c] Pro iſta gl.ex text.in l. codicillis. §. matre s̃. de le.2.P.

d] Dic quòd ſi expreſſe fuit dictum de eccleſia: nullo modo poterit in eã trãſferri dominiũ etiã p ingreſſũ religionis. ſi nõ ingrediatur:& eã inſtituat,nullo modo valet inſtitutio.P.

u *Et tranſegit*.aliquo ſibi dato vt deſiſteret à lite.Accurſius.

x *Pertinere*. quia comprehenſum eſt ne de inoffic. agatur: vt ibi dolus non committatur.& fa.C.de inoffic.teſt.l. contra maiores. & de pe.here.l.iij. Accurſius.

S*I ſub vna*.] CASVS. Stipulabar à te hoc modo,dabis mihi tres

ff. Nouum.

Deinde incõtinenti [a] inter vtrũque conuenit, vt intra kalendas Apriles primas vniuerſam ſummam mandator numeraret, [b] & hortos acciperet. quæritur, cum ante kalendas Apriles non omne pretium cum vſuris à Lucio Titio Seiæ ſolutum ſit, interpoſito tamen modico tempore [c] reliquum pretium cum vſuris Seiæ Titius ſoluere paratus fuerit, neque Seia accipere voluerit, & vſque in hodiernum * per Titium non ſtet [d] quo minus reliquum B ſolueret: an [ſi] nihilo minus Lucius Titius Seiæ vniuerſam [e] pecuniam ſoluere paratus ſit,ex ſtipulatu agere poſſit. [f] Reſpondit poſſe, ſi non multo poſt [g] obtuliſſet, nec mulieris quicquam propter eam morã intereſſet. [h] quod omne ad iudicis cognitionem remittendum eſt.

Prohibitio alienationis in contractu non impedit trãſlationem dominij:licet cõtra faciens ad intereſſe teneatur.

Ea lege donatum ſibi [i] eſſe à Seia ſeruum & traditum,vt ne ad fratrem eius [k] aut filium,aut vxorem aut ſocrum perueniret, ſcripſit: & hæc ita ſtipulãte Seia ſpopondit Titius: [l] qui [m] poſt biennium heredes reliquit Seiam [n] & C fratrem,cui [o] ne ſeruiret, [p] expreſſum [q] erat. quæritur, an Seia cum fratre [r] & coherede ex ſtipulatu agere poſſit. [ſ] Reſpondit,poſſe in id quod eius intereſt. [t]

Tranſlatio facta ſuper vna cauſa, non obſtat agenti ad eandẽ ex alia cauſa.Bart.

Filia quæ de inofficioſo agere inſtituit,& trãſegit: [u] poſtea cum heredibus ſtipulatione interpoſita,& ſubiecta doli clauſula, apud præfectum de falſo teſtamento egit,nec probauit.quæro,an ex doli clauſula poſſit conueniri. Reſpondi, nihil ad eam ſtipulationẽ id quod poſtea actum proponeretur, pertinere. [x]

Diuerſitas vocabulorum inter interrogantem & reſpondentem circa rem in ſtipulationem deductã non vitiat,ſi non variatur ſubſtantia,ſed idem importat.Pau.

CXXXVI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum*.

SI ſub vna ſignificatione diuerſis nominibus ea res quæ in ſtipulatum deducitur,appellatur: non infirmat obligationem ſi alter [y] altero verbo vtatur.

Ante rem perfectam & cõſumptam vitiatur ſtipulatio ſi deuenit res ad eum caſum à quo non potuit inchoari.Bart.

Si qui viam ad fundum ſuũ dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundũ, partémue eius [z] ante conſtitutã [a] ſeruitutẽ alienauerit : euaneſcit [b] ſtipulatio.

Inter interrogantem & reſpondentem non debet interuenire actus omnimodo extraneus : aliàs ſtipulatio vitiatur.Bart.

ſolidos? Tu reſpondiſti ita:dabo.xxxvj.denarios. an ſtipulatio ſit A vitiata? Reſpondetur quòd non,licet diuerſis nominibus vna res ſignificetur à ſtipulante & promittente.[SI QVI VIAM.]Stipulatus ſum à te viam per tuum fundum ad fundum meum. poſtea fundum meum alienaui antequam conſtitueres mihi ſeruitutem viæ. certe euaneſcit ſtipulatio.Franciſcus.

y *Si alter*. ex cõtrahentibus:vt promittis tres ſolidos?tu reſpõ.xxxvj. denarios: vt ſupra eo.l. quę extrinſecus.Accurſius.

z *Partémve eius*.pro indiuiſo etiam : quod dic vt infra eodem. l.pluribus. §. & ſi placeat. & ſupra de ſeruitu. l. pro parte.

a *Conſtitutam*. ſecus ſi poſt: quia rei adhærens cum ea tranſiret.

b *Euaneſcit*.ſecus ſi ſtipulator viæ plurib. heredibus relictis deceſſiſſet. nam tunc non fit inutilis ſtipulatio, licet in eum caſum peruenerit, à quo incipere non potuit: [e] vt ſupra de ſer. vrba.prædi.l.ſi vnus. in fin.& infra eod.l.pluribus.in fi.Ideo autem aliud in ſingulari, & aliud in vniuerſali ſucceſſore reperitur : quia ad ſingularem non trãſit ſtipulatio:vt.s̃.de vſufru.ſed & ſi quis. §. ſi operas. Valeret autem in cauſa illius qui emit domũ ab eo qui ſtipulat⁹ fuerat à vicino ſuo vt is non prohiberet aquam venire iuxta domum eius. neque enim agere poteſt emptor ex ea ſtipulatione.qualiter ergo cõſulitur emptori? Reſpon. faciat ſibi cedi à venditore.Accurſius Florentinus legum doctor peritiſſimus.

e] Dic quòd gl. loquitur cum ſit alienatio in ſucceſſores vniuerſales in quos tranſit vnà cũ dominio actio perſonalis cõpetẽs defuncto. ſec⁹ in ſucceſſore ſingulari, in quem nec trãſit actiuè nec paſſiuè: vt.l.fi.§.fi s̃. de cõtrahẽ. emp.Pau.

C*ontinuus actus*.] CASVS. Eramus ſimul tu & ego. interrogabam te,promittis mihi centum aureos?tu nõ reſpondes ſtatim, ſed diuertis ad alios actus antequam reſpondeas. certe non valet ſtipulatio.ſi autem aliquid natura requireret,veluti ſicut reſumere anhelitum,vel ſcreare,aut emungere:hoc bene liceret tibi facere,& poſtea reſpondere,ſed nõ diuertere ad alios actus extraneos.[SI HOMINEM.]Pone caſum vt.s̃.eo.l. inter ſtipulantẽ.§.j.[CVM ITA.]Iſte eſt pulcherrimus.§.& dignus ſcribi literis D aureis. & caſus eſt talis: Tu & Titius eratis Romæ. ſtipulatus es à Titio.c.ſoluenda in ciuitate Epheſina,quę eſt in Aſia:& ſic longe diſtat à ciuitate Romana. Quęritur,vtrum ſtatim debeat iſta.c. ſoluere?Reſpondetur quòd expectandum eſt donec illud peruenire poſſit Titius promiſſor. Sed quanto tẽpore eſt expectãdum? dicitur quòd hoc cõmittitur arbitrio iudicis, qui arbitrabitur & ſtatuet nec nimis longum tempus,nec nimis breue:ſed æſtimabit quot diebus poſſit diligens paterfamilias Epheſum peruenire:ita vt non cogatur iter ſuum præcipitare die noctúque: ſed modo conſueto ire poſſit,& vitare tẽpeſtates terreſtres & marinas : nec etiam debet ita lẽte & delicate ire, quòd appareat nimis delicioſus:ſed debet haberi ratio ſexus,valetudinis,ætatis:quia ſi ſit mulier,tardius ibit : vel non bene ſanus:aut ſenex &c. Tempore autem debito trenſacto,ſi Titius promiſſor Romę remãſerit,nihilo minus debet ſoluere quod promiſit:& hoc tribus rationibus.Prima:quia per ipſum ſtetit quo minus daret.Secũda:quia vbiq; poteſt ſoluere,non tantũ Epheſi. Tertia: quia quod in diẽ debetur, poteſt ante diẽ ſolui.Si autem contigiſſet quòd iſte promiſſor citius perueniſſet Epheſum quàm ſolitum eſt illuc perueniri, quia

KK

UNED

velocius nauigauit: certe immediate quàm Epheſum peruenerit, eſt obligatus ſoluere.& reddit pulchram rationem : quia non eſt opus aliqua coniectura in his quæ certa ſunt.cũ ergo ibi eſt,certum eſt quòd ſoluere debet quod promiſit illic ſoluere.[ITEM QVI INSVLAM.] Promiſi tibi ædificare inſulam, non per me ſolum, ſed adhibitis operariis. Quæritur hic qualem diligẽtiam debeo adhibere in ædificanda inſula? Reſpondetur, quòd mediũ tenuere beati. non enim teneor vndique adducere & cum labore acquirere fabros.Nec iterum tam paucos adhibere,vt negligens videri poſſim : ſed eſt mod* adhibendus diligent*is patrisfamilias. Et ſi inſula non inchoetur:debet tãtùm æſtimari interuallum illius temporis. & ſi forte tẽpus totum præterierit quo inſula ædificari debuit : ſi reus ædificet poſtea, & actoris non interſit:poterit liberari ædificando. [ILLVD INSPICIENDVM.] Iſte.§.habet prolixum text.ideo gloſ. ſuper verbo, teneatur, eum ſummat breuiter:quam vide. [SI AB EO.]Stipulatus ſum à te certo pretio mihi librum ſcribi. tu verò ſcribere neſcis: potes tamen per alium facere ſcribi. quæritur, vtrũ ſtipulatio valeat? Reſpon.quòd ſic : quia quod per te non potes facere, fac per alium. [CVM QVIS.]Stipulatus ſum à te hoc modo, ſi Titius rem ſacrã vel publicam vendiderit : centum promittis? vtrũ hæc ſtipulatio valeat? Reſpõdetur quòd non:quia habetur quaſi ſub impoſſibili conditione ſit concepta.nã non poteſt de iure talis res vendi: nec ſufficit quòd conditio ſit poſſibilis de facto : ſed oportet quòd ſit poſſibilis de iure,vt ſtipulatio valeat. vſque ibi: nec ad rem pertinet. reſpondet tacitæ obiectioni:quia quis poſſet dicere:res ſacra poteſt fieri prophana,& ſic vendi : & ideo conditio poteſt fieri poſſibilis.ſed reſpondetur quòd illud nõ obſtat : quia in ſtipulationibus reſpicimus id quod nunc poſſibile eſt:non quod in futurum.hoc dicit iſte elegans.§.[SI VT ALIQVID.]Pone caſum vt poſui.s̃. eo.l.cum quid.[PRÆTEREA.]Dicit iſte.§.quòd non poſſumus ſtipulari dari aliquid,ita vt vni heredi tantùm quæratur, ſed omnibus acquiri debet.ſed bene poſſumus ſtipulari aliquid facere,vt vni tantum heredi quæratur.h.d.vide glo.Franciſcus.

* Alciat. lib. 1.parad.c.2.

† i.partibus ambabus in vno loco ꝓximè inter ſe cõſtitutis tã breui ſpatio, quod requiritur vt gladio pugnari poſſit. Id enim eſt comminus, quaſi cũ manus.

* agere cœperit.

† Tu dic eſſe ſecus in venditione quæ non vitiatur quãuis diſſẽſus circa acceſſoria cõtractus interueniat:vt.l.ſi in emptione. s̃.de cũtrah. emp.ſtipulatio vero ſic: vt hic : & in l.inter ſtipulantem. §. ſi Stichũ.s̃.eo.

* Cic.3. offic.

† Duplomata ſunt literæ celeris curſus, quẽ nos poſtam dicimus. Id enĩ abſque literis principis vel præfecti prætorio nemini licebat.

CXXXVII. VENVLEIVS *libro primo Stipulationum.*

CONtinuus [a] *actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet,vt tamen aliquod momẽtum naturę interuenire poſſit:& comminus [b] † reſponderi ſtipulanti oportet. cæterum ſi poſt interrogationem aliud [c] acceperit, *nihil proderit, [d] quãuis eadem die ſpopondiſſet.

Diſſenſus inter ſtipulatorem & promiſſorem circa rem,vitiat ſtipulationem.Pau.

Si hominem ſtipulatus ſim, & ego de alio ſenſero,tu de alio : nihil acti erit. [e] nam ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu perficitur.†

Si ſolutio in certum locum cõfertur:ſtipulatio habet diem qua eò poterit commodè perueniri:& vbi eſt certum, coniecturæ nõ eſt locus.Bartolus.

Cum ita ſtipulatus ſum, [f] *Epheſi dari?* ineſt tempus. quod autem accipi debeat,quæritur. Et magis eſt, vt totam eam rem ad iudicem,id eſt ad virum *bonum remittamus: [g] qui æſtimet quanto tẽpore diligens paterfamilias cõficere[h] poſſit [i] quod facturum ſe promiſerit : vt qui Epheſi daturũ ſe ſpoponderit, neque † duplomate[k] diebus ac noctibus,& omni tempeſtate contempta iter cõtinuare cogatur, neque tam delicatè[l] progredi debeat, vt reprehenſione dignus appareat,ſed habita ratione temporis,[m] ætatis,ſexus,valetudinis : cum id agat, vt maturè perueniat,id eſt eodẽ tempore quo plerique eiuſdem conditionis [n] homines ſolent peruenire: eóque tranſacto quãuis Romæ remanſerit, nec poſſit Epheſi pecuniam dare, nihilo minus ei rectè condicetur, [o] vel quia per ipſum ſteterit quo minus Epheſi daret: [p] vel quoniam per alium Epheſi poſsit dari : vel quia vbique [q] poteſt ſoluere. Nam [r] & quod in diem debetur, ante ſolui poteſt, licet peti nõ poteſt. Quòd ſi duplomate [ſ] vſus, aut felici nauigatione, maturius quàm quiſque [t] peruenerit [u] Epheſum, confeſtim obligatus [x] eſt: quia in eo † quod tempore atque facto finitum eſt, nullus [y] eſt coniecturæ locus.

Quãto tempore opus poſsit ædificari, iudicis arbitrio committitur. Item ſi non inchoatur, ad particulare intereſſe ſtipulatio cõmittitur. Item poſt morã admittitur purgatio. Bart.

Item qui inſulam fieri ſpopondit, non vtique conquiſitis vndique fabris, & plurimis operis adhibitis feſtinare debet: [z] nec rurſus vtroque [a] aut altero contentus eſſe : ſed modus adhibendus eſt[b] ſecundum rationem diligentis ædificatoris,& temporum, locorúmque. Item ſi non inchoetur opus, id tantum æſtimetur, [c] quod in illo interuallo effici potuit : tranſactóque tempore quo inſulam conſummare oportuerit,ſi poſtea ædificetur, liberetur reus:[d] ſicut liberatur qui ſe daturũ ſpopondit, ſi quãdoque tradit.

Difficultas non impedit diem obligationis cedere & venire : ſecus ſi eſt impoſsibilitas.Bart.

Illud inſpiciendum eſt, an qui centum dari promiſit, confeſtim teneatur : [e] an verò ceſſet obligatio, donec pecuniam conferre[f] poſsit. Quid ergo[g] ſi neque

a *Continuus*.id eſt contiguus.

b *Comminus*.i.ſtatim,non diuertendo ad alia:vt.s̃.eod.l.j.§.j. & j̃.tit.j.l.duos.in fi.&.j̃.de ſol.l.ratum.Accurſius.

c *Aliud*.ſcilicet negotium.

d *Nihil proderit*.ad hoc vt valeat:quia non valebit.

e *Erit*. facit ſupra eod.inter ſtipulantem.§.j. &.l. ſtipulatio iſta. §.alteri. verſic. in ſtipulationibus. &. l. ſi id quod aurum. & ſupra titulo primo.l. in omnibus. & de contrahen.empt. l. in venditionibus.

f *Cum ita ſtipulatus ſum*.Romæ conſtitutus vnà cum promiſſore.

g *Remittamus*.vt &.s̃.eo.l.interdum.& de ac.emp.l.fi.

h *Conficere*.id eſt facere.

i *Poßit*.inſpecta poſſibilitate eundi,non alia:vt.j̃.ea.l.§.illud.

k *Duplomate*.*id eſt vt in duplo vadat quàm alius. vel,id eſt duplicato itinere. vel, id eſt celeritate. ſed circa iudicia certum eſt tempus:vt ſupra ſi quis cau.l.j. & forte hoc idẽ conſiderabitur hic, ſecundum Ir.

a] Vide in hunc locum cõmẽtarios Beroaldi ad Suetoniũ in vita Cæſaris Auguſti: ĩ id caput quo de ſigillis eius tractat Trãquillus, cum inquit: In diplomatibus libelliſque &c.

l *Delicatè*. ad quod eſt s̃.de pig.act.l. ſi ſeruus. Accurſius.

m *Temporis*. æſtas vel hyems:ſerenum vel lutoſum.ad quæ facit.s̃.ſi quis cau. l. ij. §. ſi non quod diximus.& de admini.tut.l.tutor qui re. §.j.

n *Conditionis*.curſoriç, vel alterius.

o *Condicetur*. ſ.Romæ: vt &.s̃.de eo quod certo loco.l.j.& de conſti. pecu.l.ſi duo.§.j.

† Addo text. & gl.in c.audientiam de homici. extra.tex.&gl. in cano. fin. 30.q.5.

p *Daret*. & non dedit.

q *Vbique poteſt*.imò cõtra.s̃. de eo quod certo loco. l. is qui. Solu. hic volente ſtipulatore.vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic ꝙ poſſum, ſi ſoluã totum intereſſe alibi,vt no.in.l.qui Romæ.s̃.e. Bartol.

r *Nam*.à ſimili. nã nec hic ante diẽ : nec.s̃. antequam ad locũ poſſit venire : ſed vterq; ante poteſt ſoluere.ad quod eſt.j̃.de ſol. quod ĩ diẽ. &.s̃. e.l. qui hoc anno. &.s̃.eod.l. liber homo. ij.§.decẽ.ſecus in Treb. reſt.vt.s̃.ad Treb. l. ſed & ſi ante. & ſecus in alio:vt.s̃.de leg.ij.l.ſi ita relictus.§.Pegaſus.&de ann.leg.eum.al.Iauolenus,incipit.

ſ *Duplomate*. i. duplicato itinere : vel nauigatione vel celeritate.

t *Quàm quiſque*.i.quàm aliquis alius.

u *Peruenerit*.ſ. ꝓmiſſor.

x *Obligatus eſt*. cum effectu.

y *Nullus*. aliàs nullius: aliàs nulli. Et not. hinc ſumitur quod dicitur: in incertis,non certis, locus eſt cõiecturis. ſic eſt in auth.de reſt.& ea quæ pa.§.fi.col.iiij.&.s̃.ad.l. Fal.l. tres partes.[b] eſt pro vtraque parte.ſ.quòd ſit locus coniecturis:vel nõ ſit locus in rebus certis,Item pro hoc.s̃.de le.iij. ille aut ille. & de auro & argento leg.pediculis.§.argento.j̃.de iniur.l. ſed ſi vnius. §.filiofa.in fi.&.s̃.de dolo.l.arbitrio.§.non tamen.

b] eſt.§.legis Quærebatur.illo tit.

z *Feſtinare debet*.cum id dictum eſt,ne per ſe ſolum faceret.Acc.

a *Vtroque*.aliàs vno,aliàs vtroque:id eſt duobus.

b *Adhibendus eſt*.hic collige generale: Vitatur amaritudo, vt ex contrariis efficiatur temperamentũ. ſic.s̃.§.prox. & ſupra ſi quis cau.l.ij.

c *Id tantum æſtimetur*.hoc facit ad id quod not.ſupra eod.ſtipulationes.§.fina.

d *Reus*.ſi ſtipulatoris non interfuit:vt.s̃.l.ſi ita quis. §.j. diximus in fi. vel niſi lis conteſtata ſit:vt.s̃.eo.l.ſi inſulam.Accurſius.

e *Teneatur*.quod verum eſt:vt in fi.§.tu dic breuiter mentem ſiue intellectum iſtius.§.ſiue decem quæ nõ habeo, ſiue Stichum qui ſit alibi,promittam:teneor non obſtante difficultate.

f *Conferre*.id eſt congregare & ſoluere.

g *Quid ergo*.dices eum teneri.

*Creditorem.*

a *Creditorem.* tem impoſſibilem promiſiſſe videtur.
b *Sed hæc.* vnde tractamus ſcilicet, quando nec pecuniam domi habet, nec creditorem inuenit.
c *Naturali.* eſt impedimentum naturæ: vt hippocentaurum dari. eſt iuris: vt in re ſacra.
d *Facultatem.* ſubaudi, vel difficultatem.
e *Incommodúmque.* ſcilicet perſonæ: eſt difficultas ſupple. & ita inſpecta perſona dicis aliquid facile vel difficile: & in vtroque valet ſtipulatio: ſcilicet ſiue ſit facultas, ſiue difficultas: vt. j. in fi. §.
f *Non rerum.* ſ. habendi impoſſibilitas.
g *Alioquin.* id eſt ſi ita impediat difficultas vt impoſſibilitas: qđ quidam dicebant.
h *Quæremus.* ſecũdum eorum ſententiam.
i *Daturum.* quem conſtat habere diem: vt. ſ. ea. l. §. cum ita.
k *Epheſi ſit.* id eſt rem quæ ſit Epheſi, promittit Romæ ſoluere, vbi ipſe promiſſor ſit: vt dicit.
l *Ipſe.* ſ. promiſſor.
m *Spondeat.* ſimpliciter, non adiecto Epheſi nomine. Accurſius.
n *Nam hoc.* quando eſt res promiſſa Epheſi.
o *Ad facultatẽ.* vel difficultatem. quaſi dicat, non ad impoſſibilitatem.
p *Non poteſt.* difficultate, non impedimẽto naturali reſiſtẽte. & ita in vtroq; caſu videtur differri obligatio: ſed falſum eſt: quia illa: promitto Stichum Epheſi, Romæ conſtitutus: habet diem. ſed hæc, promitto Stichum Romę, qui eſt Epheſi, Romæ conſtitutus: non habet dilationem: vt ſubiicit: & generaliter &c. vt. ſ. eod. l. ij. §. ex quo quidem. verſi. ſed non facit &c. ſed fallit in caſu: vt ſupra ad. l. Rhod. de iactu. l. fina. §. penul. quæ eſt contra. Item in iudiciis: vt ſupra ſi quis cau. l. ij. & per totum tit. Accurſius.
q *Nec incipiat dici.* aliud oſtendit hic inconueniens ex prædicto falſo accidere, ſi quis dicat difficultatem impedire ſtipulationem.
r *Non poſſe.* & propter hoc non obligari: cum tamen obligetur: licet habere non poſſit.
ſ *Poſſibile ſit.* vt ſi ſtipulatus ſim codicẽ mihi ſcribi ab eo qui ſcribere neſcit. Item no. poteſt, qui per alium poteſt. & eſt argu. pro filio aduocati vt in feudum ſuccedat ſi per aliũ poſſit ſeruire. Ac.
t *Cum quis.* patronus eccleſiæ.
u *Titius.* prælatus.
x *Vendiderit.* de iure. de facto enim ſi cogitaſſet, poſſet valere. & dic quòd ſtipulator volebat eam vendi: quia ſtipulator erat patronus illius eccleſiæ: & fuit ſtipulatus à prælato.
y *Relictæ ſint.* quæ non poſſunt alienari niſi per principẽ ſtatuentem ius, quod quaſi impoſſibile reputatur, quod per ſolum principem fit: vt. ſ. de leg. j. apud Iulianum. §. fin. Acc.
z *Naturæ.* nam non intereſt ſiue de natura, ſiue de iure impoſſibilitas ſit. R.

Impedimentũ aliud iuris, aliud naturæ.

domi habet, neque inueniat creditorem?[a] Sed hæc[b] recedunt ab impedimento naturali,[c] & reſpiciunt ad facultatem[d] dandi. Eſt autem facultas, perſonę commodum incommodúmque,[e] nõ rerum[f] quæ promittuntur: & alioquin[g] ſi quis Stichum dari ſpoponderit, quæremus[h] vbi ſit Stichus: aut* ſi non multum referre videatur, Epheſi daturum[i] ſe, an quòd Epheſi[k] ſit, cum ipſe[l] Romæ ſit, dare ſpondeat.[m] nã hoc[n] quoque ad facultatem[o] dãdi pertinet: quia in pecunia & in Sticho illud cõmune eſt, quòd promiſſor in præſentia dare non poteſt.[p] Et generaliter cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet: ne incipiat dici,[q] cum quoque dare non poſſe,[r] qui alienum ſeruum quẽ dominus non vendat, dare promiſerit.

* vt ſic

Poſſum ſtipulari ab eo qui non poteſt facere illud quod per aliũ eſt factibile. Bart.

Si ab eo ſtipulatus ſim qui efficere non poſſit, cum alij poſſibile ſit:[ſ] iure factam obligationẽ Sabinus ſcribit. C

Nõ ſufficit de facto fieri ad pœnæ commiſſionem. Bart.

Cum quis[t] ſub hac conditione ſtipulatus ſit, ſi rem ſacram aut religioſam Titius[u] vendiderit,[x] forum aut baſilicam, & huiuſmodi res quæ publicis vſibus in perpetuum relictæ ſint,[y] vbi omnino conditio iure impleri non poteſt, † vel id* facere ei non liceat: nullius momenti fore ſtipulationem, proinde ac ſi ea cõditio quæ natura[z] impoſſibilis eſt,[a] inſerta eſſet. Nec ad rem pertinet, quòd D

† Sentit iſte text. ꝙ non ſufficit implere conditionẽ de facto quando de iure impleri nõ poteſt, cuius eſt contrariũ in l. Mæui⁹. in prin. de con di. & demõ. & in. l. ſi quis hereditatiũ. & ibi Bar. aliàs eſt. l. ſi mulier. §. 1. de cõdi. iſti. quę ſolue vt in. l. 1. ſ. qui ſatiſd. cogã. & ꝑ ea quæ no in addit. ad Guill. de Cung. poſt eũ in. l. cum auũ. nu. 11. in ver. poſſit ĩpleri. C. de inſti. & ſubſtit.

* & ſi velit fa.



A
a *Impoſſibilis eſt.* de iure.
b *Quod ius.* aliàs quamuis.
c *Sed ſecundum.* ſcilicet ius. Accurſius.
d *Præſentis.* ſcilicet temporis quo fit ſtipulatio.
e *Erit.* ſ. promittis tantum nomine pœnæ? Accurſius.

ius[b] mutari poteſt: & id quod nũc impoſſibile eſt, poſtea poſſibile fieri. Non enim ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundum[c] præſentis[d] æſtimari debet ſtipulatio.

Quando præcedit conuentio affirmatiua, ſtipulatio pœnalis debet concipi negatiuè: & econuerſo ſi præcedit conuẽtio negatiua, debet concipi affirmatiuè. Paulus.

Si vt aliquid fiat ſtipulemur: & B vſitatius & elegantius eſſe Labeo ait, ſic ſubiici pœnam, *ſi ita factum non erit.* At cũ quid ne fiat ſtipulemur, tunc hoc modo, *ſi aduerſus ea factum erit.*[e] Et cum alia fieri, alia non fieri, coniunctè ſtipulemur, ſic comprehendendum: *ſi non feceris, ſi quid aduerſus ea feceris.*[f]

In dandis non poteſt quis vni ex heredibus promittere ſicut in faciendis. Bart.

Præterea ſciendum eſt, quod dari ſtipulemur, non † poſſe nos, vni ex heredibus adquiri:[g] ſed neceſſe omnibus adquiri. At cum quid fieri ſtipulemur: etiã vnius[h] perſonam rectè comprehendi.[i]

† poſſe per nos

Promiſſio facta in nundinis, intelligitur de vltima die nundinarum. Bartolus.

CXXXVIII. IDEM *libro quarto Stipulationum.*

EVm qui certarum nundinarum[k] diebus dari ſtipuletur, primo die petere poſſe Sabinus ait: Proculus autem & cæteri diuerſæ ſcholæ auctores, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum ſpatio ſupereſſet, peti* poſſe exiſtimãt. ſed ego cum Proculo[l] ſentio.

* Vulg. editio & quidã manuſc. habent hic negatione peti non poſſe, ſed perperã.

Qui habet electionem à lege: poteſt quandocunq; variare. Bar.

Cum purè[m] ſtipulatus ſum il-

f *Ea feceris.* fa. inſtit. eo. §. fi. & ſ. e. l. cum quid. Accurſius.
g *Adquiri.* imò in dãdo poteſt aliquibus: ita quòd non omnibus ꝓuideri: vt &. C. de exce. l. j. ſol. vt ibi. Item contra. ſ. de pact. l. auus. ſed illud eſt in eo pacto qđ fit ad exce. & licet in eo pacto ita verſetur vtilitas ſingulorum quibus prouideri poſſit: tamen non aliis quibus nõ voluit auus prouidere, cõſuluit: hic de eo quod interponitur de act. puta vt aliquid detur alicui heredum, ſecũdum Io. vel melius imò idẽ dicam in ſtipulatione de dãdo, facto pacto ad exceptionẽ: cũ ratio diuerſitatis reddi nõ poſſit: vt. ſ. eo. l. à Titio. & quod hic dicit non acquiri, verũ eſt iure mero: ſed tamen obſtat except. his qui contra voluntatẽ defuncti petũt: vt. ſ. de his qui. vt indi. l. cũ quidã. Similiter dicã trãſire ad omnes excep. ibi, ſed nõ efficaciter. & hoc eſt quod hic dicit exceptione cõ. vel act. fami. erciſcũ. præcipiet. i. habebit ante partẽ ſi defunctus durauit in eadem voluntate: vt C. fami. erciſc. l. filiæ. vt ibi: licet prima facie omnibus quæratur: vt hic.
h *Vnius.* heredis. & eſt ratio: quia cũ dari ſtipulor omniũ heredũ ſemper intereſt. ſed ĩ faciẽdo ſecus: vt ſi ſtipulor domũ fieri, demonſtrato loco: & illum locum alij prælego: iam nõ intererit niſi eius cui prælegatus eſt, ſecundũ Io. vel ſtipulor ſeruitutem fundo, quem vni eorũ prælego: vt. j. de ſtipu. ſeruo. proinde. §. fi. ſed certe imò videtur hoc non valere: vt. ſ. e. l. quod dicitur. quæ eſt contra. Solu. ibi ſtipulatur vt filius faciat, vt in exemplis hic poſitis: hic vt ei fiat. Vel aliud quando filio, vt ibi fuit, aliud quando heredi, ſecundum Ot. Acc.
i *Rectè comprehendi.* puta domum fieri. Accurſius.

E*Vm qui certarum.* CASVS. Promiſiſti mihi. c. aureos ſoluere in nundinis Ferratienſibus, quæ durant per mẽſem. volui à te petere iſta. c. in principio vel in medio nundinarũ: an poſſim? Sabinus dicebat ꝙ ſic, ſed Venuleius contra, & Proculus, quòd. ſ. nõ poſſint peti niſi finitis nundinis. [CVM PVRE.] Si quis eſt purè ſtipulatus illud aut illud, quod ipſe volet: licebit promiſſori mutare voluntatem quotienſcunq; volet. h. d. vide ambas gl. Fr. Acc.
k *Nundinarum.* puta Vercellenſium vel a Ferrarienſium. Accur.

a] Francorũ legitur in manuſc.

l *Proculo.* cũ quo eſt. ſ. e. l. qui hoc anno. ſed ꝓ Sabino erat mẽs contrahentiũ, quaſi pecuniam voluerit expendere in nũdinis: & ſic non intellexit finem expectare. quid autem ſi hoc vterq; ſenſit? Reſpon. ſeruaretur forte: ar. ſ. ſi cet. peta. l. cum quid. Accur.
m *Cum purè.* non adiecto vtrum voluerit, id eſt ſimpliciter: &

ſic eſt rei electio: vt. ſ. de iure do. l. plerumque. in fi.

a *Quotiens.* etiam poſt ſententiam, ſecundum Io. non ſolùm poſt lit. conteſtationem: licet Hu. dicat vſque ad lit. conteſta. tantùm: vt. ſ. e. l. ſi quis ita ſtipulatus. ſic ergo ſecundum Io. in ipſa executione ſententiæ ſi fuit damnatus ad hoc vel illud: poterit variare. Quid ergo ſi executor exequitur in vno: & tūc ille alium eligat: & cùm iudex electum dari mādet, iterū varietu: qualiter fiet executio? Reſpon. æſtimabitur quāti poteſt valere actio illa, & in tantam æſtimationem fiet executio ca ptis pignoribus: nō autem in altero ſeruorū: & licet iudex debeat curare dare certam ſententiam, vt inſtit. de actio. §. curare. hic non poteſt plus: vt hic, & inſtit. de officio iudi. in princi. & facit. ſ. de act. empt. l. ſi ſterilis. §. fin. & ſ. eod. l. qui ex pluribꝰ. in fi. Ac.

† De iſto ver bo quotiēs, vltra Barto. hic ego adduco bonā glo. in c. 1. §. taliter. ī ver. quotiens. de colla. ī prag. ſanc.

b *Expreſſæ.* in ſtipulatore: vt ſi ſtipulatꝰ ſum illud aut illud, vtrum volam: quo caſu diſtingue: an dixi, volam: vel, voluero: vt. ſ. l. ſi quis ſti. aliàs niſi alterum eorum dixerit, non habet electionem: ſed reus: vt ſupra de iure do. plerūque. in fine. Sed in promiſſore aut tacite habet electionem: & tunc generaliter licet mutare voluntatem: vt dictum eſt. ſecus in expreſſa: quo ſcau refert an dixit, quem volam: an, quem voluero: vt plene dixi in ſtipulatore. Vel plenius dic, refert inter tacitam & expreſſam: & inter expreſſas refert vtrum ſic, quē voles: vel, volueris: vt primo varies quandocunque voles: ſicut in tacita. In ſecundo non varies poſtquam elegeris: vt argu. ſupra eo. l. ſi quis ſtipulatus. Vel tertio dicas: aut dixi. volueris: & tunc quod dixi. aut, quod voles: & tunc vſq; ad litem conteſtatam, & non vltra. Argu. ſupra de eo quod cer. loc. l. iij. §. quare. verſi. & generaliter. aut ſimpliciter, & tunc etiam poſt ſententiam. & ſic diſtinguitur inter tacitum mādatum & expreſſum. nam vbi mandato meo expreſſo ſtipulatus es aliquid tibi dari: rectè tibi ſoluitur etiam me inuito. at vbi mandatum ineſt tacitum: vt ſi ſtipulatus ſum mihi aut tibi dari: non rectè tibi ſoluitur ſi denunciauero vt nō ſoluatur: vt. j. de ſol. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. & l. aliud. ſic in ſententia arbitri differt tēpus expreſſum ab eo quod ineſt: vt. ſ. de arb. l. ſi cum dies. §. fin. & l. ſeq. & l. Celſus. In legato non eſt vis voles vel volueris: vt de lega. j. huiuſmodi. §. Stichum. & de lega. iij. l. fideicommiſſa. & de optione legata. l. apud. in fine. Accurſius.

Eligens in ſtipulatione an & quādo poſſit variare: & quid in aliis contractibus.

c *Ineſt.* tacite: vt. ſ. de iure dot. plerumque. in fi. & de contrahen. emp. l. pe. & inſtit. de ac. §. huic. Accurſius.

lud aut illud dari: licebit tibi quotiens[a] † voles, mutare volūtatem in eo quod præſtaturus ſis: quia diuerſa cauſa eſt volūtatis expreſſæ,[b] & eius quæ ineſt.[c]

In cauſa euictionis ſi pro parte non defendatur: pœna in ſolidum committitur.

CXXXIX. IDEM *libro ſexto Stipulationum.*

CVm ex cauſa duplæ ſtipulationis aliquid intendimus,[d] venditoris heredes in ſolidū omnes cōueniendi[e] ſunt, omnéſque debēt ſubſiſtere:[f] & quolibet eorum defugiente, cæteris ſubſiſtere[g] nihil prodeſt: quia in ſolidum defendenda eſt venditio, cuius indiuiſa natura eſt.[h] Sed cum[i] vno defugiente omnes[k] defugiſſe videantur, idéoque omnes teneantur: vnicuique[l] pro parte hereditaria præſtatio incumbit.[m] B

Tot dicūtur ſtipulationes, quot præceſſerunt conuētiones diſtinctæ: & ſi diſtinguuntur per duplicē dictionē geminatā: tot cenſentur ſtipulatiōes quot tēpora. Bart.

C *Vm ex cauſa.*] CASVS. Vendidi tibi fundum Tuſculanum: & promiſi de euictione. morior relictis pluribus heredib. poſt hoc fundus iſte eſt à te euictus. Tu vis conuenire vnum ex heredibus meis pro euictione. certe non potes: ſed omnes debes cōuenire: & omnes debent reſpondere pro euictione. & ſi vnus eorum non reſponderit, nihil prodeſt cæteris quòd reſpondēt: quia in ſolidum eſt hæc euictio defendenda: cuius natura eſt indiuiſibilis. tamen licet omnes cogantur defendere, vnuſquiſque pro parte ſua ſoluere tenetur. Fran. Accurſius. D

d *Intendimus.* puta denunciare venditori, vel eius heredibus. Accurſius.

e *Conueniendi.* denunciandi.

f *Subſiſtere.* ſ. in ſolidum. q. d. non poterit aliquis eorum ſuam tantum partem defendere.

g *Cæteris ſubſiſtere.* pro eorum partibus. ſ. quo ad hoc vt rectè videatur defendere.

h *Natura eſt.* in hoc vt non ſufficiat ab vno defendi: vel ideo quia partem non emiſſet.

i *Sed cum.* id eſt quamuis.

k *Omnes.* licet ſuas partes defendere voluerit, non abſentium.

l *Vnicuique.* ſupple tamen.

m *Incumbit.* omnes quidem tenentur: ſed non omnes exiguntur. B. vt. ſ. de euict. l. ſi rem quam. §. j. Accurſius. A

P *Luribus rebus.*] Planum eſt principium: ſimiliter & §. ſequens planus eſt. [ET SI.] Vetus eſt regula iuris: quotiens ſtipulatio incidit in eum caſum à quo incipere non poteſt, extinguitur. Exemplum ſicut cùm ſtipulor ſeruum viuum. nam ſi ſeruus moritur, ſtipulatio extinguitur: quia peruenit in eum caſum à quo incipere non potuit: puta quia non poſſum ſtipulari hominem mortuum. ſed hæc regula fallit, vt in tribus exemplis ſequentibus. Primo in hoc, quia ſocius fundi communis non poteſt ſtipulari viam ad fundum communem: ſi tamen ſtipuletur, & relinquat duos heredes, ſtipulatio non extinguitur. iſtud exemplū, vt dicit gloſ. eſt ineptū: ſed ipſa declarat etiam obſcurè: pace domini Accurſij dixerim. Alia duo exempla vide per teipſum. Franciſcus Accurſius.

CXL. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

PLuribus rebus præpoſitis[n] ita ſtipulatio facta eſt: *Ea omnia quæ ſupra ſcripta ſunt, dari?* propius eſt vt tot ſtipulationes quot res ſint. De hac ſtipulatione, *Annua bima trima die id argentum*[o] *quaque die*[p] *dari?* apud veteres variū fuit. Paulus. Sed verius, & hic tres eſſe trium ſummarum[q] ſtipulationes.

Diſpoſitio non perfecta & non conſummata vitiatur etiam ſi ad eum caſum deuenit à quo nō potuit inchoari: ſecus in diſpoſitione perfecta. Barto.

Etſi placeat extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit, à quo incipere non poteſt:[r] nō tamen hoc in omnibus verum eſt. Ecce[ſ] ſtipulari viam, iter, actū ad fundū cōmunē, ſocius nō poteſt: & tamē ſi is qui ſtipulatus[t] fuerat duos heredes reliquerit, nō extinguitur ſtipulatio. Et per partē dominorum ſeruitus adquiri nō poteſt, adquiſita[u] tamen conſeruatur[x] & per partem domini. hoc

n *Præpoſitis.* ſcilicet nominatim in præfatione: vt ſupra eodem. l. Titia. §. finali. & ſic non eſt contra. ſupra de donatio. cau. mor. l. ſenatus. §. fina. Vel ſolue vt ibi. Sed quæ eſt vtilitas, inquirere an ſit vna vel plures hic vel inferiori. §? Reſpon. olim erat, quia mixta vna ſpecie vel ſumma quæ non erat in ſtipulatione, non ſit nouatio: vt ſupra. l. ſcire debemus. & ibi notaui. C

o *Argentum.* certum pondus: ne ſit contra. ſ. eo. l. ita ſtipulatus. & l. triticum.

p *Die.* ſcilicet anni.

q *Summarum.* forte male: vt. ſ. de dona. cau. mor. ſenatus. §. fin. & ſ. eo. l. ſi Stichum. §. j. vel diſtingue an nominentur anni, vt hic: an generaliter dicat, ſingulis annis: vt ibi. ar. ſ. eod. quod dicitur. j. vel dic vt no. d. l. ſi Stichum.

r *Non poteſt.* veluti Sticho mortuo, qui viuus promiſſus erat. R. vel re priuata facta ſacra ſine facto ſuo: vt ſupra eod. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & not. hoc generale. ſic. ſ. eod. l. exiſtimo. & de his quæ pro non ſcript. haben. l. ſi in metallum. ſic econtra. ſ. de ſtat. ho. Paulus.

ſ *Ecce.* ponit tria exempla in quibus fallit dicta regula.

t *Stipulatus.* inconueniens videtur exemplum. nec enim res videtur perueniſſe ad eum caſum à quo incipere non poſſit. nam vnicuique heredum obligatus eſt promiſſor in ſolidum ad præſtandam viam: vt ſupra eodem. l. ij. & ambobus ita ſtipulantibus, ſcilicet in ſolidum, teneret ſtipulatio. ergo quod dicit obligationem perueniſſe ad eum caſum &c. dic, ſcilicet per vnicam ſtipulationem alicuius heredum. nam ad hoc vt ab eis inciperet obligatio, neceſſe eſſet omnes ſtipulari, vel omnibus viam cedi: vt ſupra de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. l. ſi vnus. & communia prædio. l. finali. Item & aliàs fallit inſtitut. de leg. §. ex contrario.

u *Adquiſita.* & iam conſtituta. Accurſius.

x *Cōſeruatur.* id eſt firma remanet. ſic. ſ. de ſer. ruſtic. præd. l. vnus. in fi. & habes idem. ſ. de ſer. l. pro parte. ſed videtur & hoc incompetens exemplum. nam cum de obligatione ſit locutus quæ peruenit ad eum caſum à quo incipere non poteſt: hic non de obligatione exemplificat, ſed de ſeruitute. & poteſt vtique dici quòd de ſeruitute ponendo exemplum, retulit ſe ad generale promiſſum, ſcilicet rem extingui ſi perueniat ad eum caſum à quo incipere non valet: quaſi non de ſola obligatione hoc promiſiſſet. Vel dic ſubtilius. nam cùm ſeruitus ſit res incorporalis, & ideo non

UNED

non proprie ſit eius traditio vel poſſeſſio,ſed vſus eius pro tradi-
tione habeatur.vt ſupra de ſer.l.fi.ideo promiſſor licet iam cõſti-
tuerit eum,non tamen eſt adhuc ipſo iure liberatus : ſed præſtare
tenetur patientiam eundi.vnde & cauere debet per eum non fie-
ri quo minus eat:vt.ſ.de act.emp.datio.§.ſi iter. hinc eſt quòd ex
empto tenetur qui ſer-
uitutem in uendendo
fundo retinuit,ſi illa tẽ
pore amiſſa ſit: vt ſu-
pra de contrahen.emp.
in vendendo.cũ itaque
non ſit ipſo iure libera-
tus conſtitutor, ſed ad
præſtandam patiẽtiam
adhuc teneatur : vt no.
C. de vſufru. l. corru-
ptionem.merito de ſer-
uitute ponendo , recte
videtur exemplificare
de obligatione quæ ad
eum caſum peruenit à
quo non poteſt incipe-
re,nec tamen extingui-
tur. vel dic quod gratia
ſimilitudinis dicit.

a *Si pars*. etiam pro in-
diuiſo , nam pro diuiſo
etiã ab initio poteſt cõ-
ſtitui:vt.ſ.de ſer. l. pro
parte.&.l.ad certam. &
l.vt pomum.§.j.Acc.

b *Cœperit*.alienatione.

SI *ſeruus*.] CASVS.
Filius meus vel ſer-
uus meus ſtipulatur à
Titio hoc modo : Titi
promittis mihi dare rẽ
illam aut illam , vtram
ego volam?ille promit-
tit. quæritur , cuius eſt
electio , patris vel do-
mini , an filij vel ſerui.
Reſpondetur quod eſt
filij vel ſerui ſtipulan-
tis:& non patris vel do-
mini. cætera ſunt clara
vſque ad. §. pupillus.
[PVPILLVS.] Pu-
pillus poſtquã fari po-
teſt , ſibi poteſt ſtipulari . obligari autem non poteſt ſi eſt in pa-
tris poteſtate : etiam ſi pater auctorizet obligationem ſuam.pu-
bes uerò , id eſt maior quatuordecim annis obligari poteſt ac ſi
paterfamil. eſſet. [SI ITA.] Interrogaui te hoc modo : Promit-
tis mihi aut Titio decem? tu reſpondiſti,promitto tibi decem,an
recte reſpondes vt obligatio contrahatur ? Reſpond. quòd ſic:
quia mihi ſoli obligatio quæritur , licet Titio recte ſolui poſſit.
[SI INTER EOS.]Eramus Pariſius tu & ego : ego ſtipulatus
ſum à te hoc modo : promittis mihi hodie Lugduni centum au-
reos? an talis ſtipulatio ſit vtilis?Videtur quòd non:quia eſt im-
poſſibilis. Quomodo enim poſſet promiſſor hodie promittere
Pariſius,& hodie ſoluere Lugduni , cùm longæ hæ duæ ciuitates
abinuicem diſtent? Sed reſpondetur quòd hæc ſtipulatio poteſt D
eſſe vtilis. Ponamus enim quòd in menſe Maij nos eramus Lug-
duni.ego dixi inſtitori meo:Titius & ego ſecunda die Iulij Pari-
ſius erimus:& ea die ſtipulabor ab eo centum aureos : & ideo il-
los pete ab inſtitore ſuo qui eſt Lugduni.ſimiliter Titius promiſ-
ſor dixit factori ſiue inſtitori ſuo quòd die ſecunda Iulij eſſet Pa-
riſius mihi promiſſurus : & quòd ſolueret ipſa die inſtitori meo
Lugduni.Et cum eſſemus ea die Pariſius:ſum ab eo ſtipulatus ſic:
Promittis mihi hodie dare centum Lugduni?certe hoc modo ſti-
pulatio valet. [CVM MIHI.]Iſte.§.pulcherrimus quinque prin-
cipaliter dicit.primo dicit quòd ſi ego ſtipulor à te,& volo in ſti-
pulatione adiungere,perſonam Titij.quòd poſſum facere:dum-
modo eandem rem ſtipuler mihi & Titio : veluti mihi aut Titio
hominem dare ſpondes?Non autem poſſum mihi vnam rem , &
Titio alteram ſtipulari:ſicut,promittis mihi dare centum,aut Ti-
tio fundum?quòd ſi ita ſtipulatus ſum à te : ſoluendo rem aliam
Titio non liberaris ipſo iure:ſed bene per exceptionem. vſq; ibi.
[TEMPORA VERO DIVERSA.]Dicit quòd licet(vt proxi-
me dictum eſt) non poſſim diuerſas res mihi aut Titio ſtipulari;

euenit, ſi pars [a] prædij ſeruientis,
vel cui ſeruitur , alterius domini
eſſe cœperit. [b]

Facultas eligendi cohæret per-
ſonæ.Barto.

CXLI. GAIVS *libro ſecundo de verborum obligationibus*.

SI ſeruus aut filiusfamilias ita
ſtipulatus ſit:*illam rem aut illam,*
*vtram ego velim*: non pater domi-
núsve,ſed filius, ſeruúsve deſtina-
re [c] de alterutra debet. [d] Extranei
quoque perſona ſi comprehenſa
B fuerit,veluti hoc modo: *Vtram ea-*
*rum Titius* [e] *elegerit*: nõ aliter ſtipu-
lator alterutrius petendæ faculta-
tẽ habet, quàm ſi Titius elegerit.

Vbi eſt ætatis defectus : patris
auctoritas non ſufficit ad obligã-
dum.Bartolus.

Pupillus [f] licet ex quo fari cœ-
perit,recte ſtipulari poteſt: tamen
ſi in parentis poteſtate eſt, ne au-
ctore quidem patre obligatur:pu-
bes verò qui in poteſtate eſt, pro-
inde ac ſi paterfamilias obligari
ſolet. [g] Quod autem in pupillo [h]
dicimus , idem & in filiafamilias
impubere dicendum eſt. Si ita
fuero ſtipulatus , *mihi aut Titio* ? &
C tu mihi daturum te ſpondeas : ſe-
cundum omnium opinionem ad
interrogatum te reſpondere: quia
conſtat mihi ſoli adquiri [i] obliga-
tionem : Titio autem dumtaxat
recte ſoluitur. [k]

Anguſtia temporis vitiat ſtipu-
lationẽ,niſi in loco deſtinato præ-
ſentia procuratoris interueniat.
Bartolus.

Si inter † eos [l] qui Romæ ſunt,
talis fiat ſtipulatio:*Hodie Carthagi-*
*ne dare ſpondes*? quidam putant nõ
ſemper videri impoſſibilem cau-
ſam ſtipulationis contineri : quia
poſſit contingere, vt tam ſtipula-
tor quàm promiſſor ante aliquod
tempus ſuo quiſque diſpenſatori
notum fecerit,in eum diem futu-
ram ſtipulationem: ac demandaſ-
ſet promiſſor quidem ſuo diſpen-
ſatori,vt daret : ſtipulator autem
ſuo,vt acciperet . quòd ſi ita factũ
fuerit,poterit valere ſtipulatio.

Diuerſitas rerum , temporum,
qualitatum vel conditionum ad-
iecta facto extranei in ſtipulatio-
ne vtili,non vitiat , nec ob eiuſdẽ
factum valida ſtipulatio impedi-
tur .h.d.vſque in fi.Bart.

Cũ mihi aut Titio ſtipulor, di-
citur aliam quidẽ rem in perſonã
meam,aliam in Titij deſignari nõ
poſſe: [m] veluti mihi decẽ,aut Ti-
tio hominem. ſi vero Titio ea res
ſoluta ſit quæ in eius perſona de-
ſignata fuerit: licet ipſo iure nõ li-
beretur promiſſor , per exceptio-
nem [n] tamẽ defendi poſſit. Tem-
pora vero diuerſa deſignari poſ-
ſe , velut , *mihi kalendis Ianuariis*,

A tamen poſſum vnã rem diuerſis temporibus mihi aut Titio ſti-
pulari: veluti , promittis mihi dare centum menſe Ianuarij : aut
Titio menſe Februarij?& poſſum pro Titio citerius tempus ap-
ponere, pro me vlterius . exempla ſunt in textu vſque ibi. [SED
RVRSVS.] Vbi dicit quòd poſſum mihi pure, Titio autem ſub
conditione ſtipulari:ſi-
cut, promittis mihi da-
re idibus Ianuariis, aut
Titio ſi nauis ex Aſia
venerit? textus clarus eſt
vſq; ibi:[EX HIS OM-
NIBVS.] Vbi ponit cõ-
cluſionem ſuam:dicens
quòd licet adiectio per-
ſonæ tertiæ facta in ſti-
pulatione ſit quando-
que inutilis:non eò mi-
nus valet ſtipulatio in
noſtra perſona: quia v-
tile per inutile non vi-
tiatur . Franciſcus Ac-
curſius.

c *Deſtinare*.id eſt elige-
re.Accurſius.

d *De alterutro debet*. qa
perſonalis eſt electio:
vt ſupra eodem. l. ſi ita
ſtipulatus fuero. in prĩ.
& quæ facti ſunt , non
trãſeunt ad dominum:
vt ſupra de cõdi. & de-
mon.l.qui heredi. &.ſ.
de adi.leg.l.legatũ nul-
li. & infra de ſolu. Sti-
chum.§.vſumfru.& ſu-
pra de vulg.ſubſti.l.qui
liberis.§.fina. &.ſ.eod.
l.ſi quis arbitratu. &.ſ.
pro ſocio,l.ſi ſeruus ſo-
cietatem.&.l.verum.§.
ſed ſi hic , verſi. patri.
Accurſius.

e *Titius*.nã & hæc per-
ſonalis eſt: vt.ſ.eod.l.ſi
quis arbitratu . ſecus in
legato : vt.C. cõmunia
de leg. l.fina. §. ſed & ſi
quis . vbi reducitur ad
arbitrium boni viri. &
ſic etiam ſoluitur ſupra de lega.j.l.Iulianus. nam & ibi in legato.
Accurſius.

f *Pupillus*. ſed impubes. non autem repetas pupillus: ne ſit con-
tra.j.de verb.ſignific.l.pupillus . Vel dic quòd impropriè accipi-
tur hic pupillus:vt &.C.de iur.delibe.ſi infanti.§.fi. &.ſ.de pec.l.
quam Tuberonis.§.pupillum.Ratio autem eſt,quia tutor ad hoc
datur,vt eo auctore obligetur: ſed nõ patria poteſtas, cum etiam
ſexagenarius ſit in poteſtate: nec tamen eget auctoritate in con-
trahendo.Item tutorem poteſt conuenire,non patrem, licet ma-
le gerat.& facit inſtit.de inuti.ſtip.§.pupillus.& ſupra eod.l. mu-
lier.Accurſius.

g *Solet*.excepto Mace.& voto:vt.ſ.ad Macedo.per totum. &.j.
de pollici.l.ſi quis rem.§.voto.& ſupra tit.j.l.filiusfamilias.

h *In pupillo*.id eſt filio maſculo.

i *Adquiri*.& ſic ad totam obligationem eſt reſponſum. ſecus ſi
Stichum aut Pamphilum ſtipulor,& tu Stichum promittis: quia
ibi ad obligationem vterque ponitur:vt.ſ.eo.l.ſi duo rei. &.l.in-
ter ſtipulantem.§.item ſi ego.Accur.

k *Soluitur*.ſi in reſponſione fuerit inſertus.vel forte ſufficit in in-
terrogatione.

l *Si inter eos*.facit inſti.eod.§.loca.&.ſ.de eo quod cer. lo.l.ij.§.ſi
quis ita.ſed legatum non vitiat anguſtia temporis:vt.ſ.de lega.j.
l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruus.Accur.

m *Non poſſe*.vt ipſo iure liberet ſoluẽdo adiecto rẽ ei deſignatã.

n *Per exceptionem*. aliàs ipſo iure , ſi eadem ſit res : vt inſtitut. de
inuti.ſtipu.§.ſi quis alij. Sed nonne qui ſoluit aliud pro alio cre-
ditori volenti,ipſo iure liberatur?Reſpon.ſic.ſed non ſic qui alij.
ſed & aliàs ratihabitio cõparatur mandato : nõ tamen mandatur
mandati actio, ſed nego.geſt. Item & dolus pro poſſeſſione eſt:
ſed non directe,ſed vtiliter tenetur:& ſic duo videntur paria: nõ
tamen ſunt per omnia.& facit.ſ.de actio.& obligat.l.obligatio-

† Docentes hic dicunt iſtũ tex.ſing. & vnicũ ad hoc , quod impoſſibile ſimpliciter poteſt deduci in obligationẽ, ſi hominis permiſſione deducitur ad poſſibilitatem. Bolog.

num fere.§.pen. Item contra.ſ.de ope.liber.ſeruus patroni. &.l. nihil.&.l.quia.ſed ſpeciale in operis.Accurſius.

a *Quo caſu*.veluti ſi anterior dies collata eſt in perſonam Titij.

b *Non dederis*.& ſi dederis,nõ liberaberis:imò non incidis in obligationem:vt.ſ.eo.l.decem.& ſic intelligitur.j.de ſolu.l.qui res. §.qui ſtipulatur.& facit j.de ſolu.l.qui hominẽ. §.ſtipulatus.

c *Tractari poteſt*.ſ.quòd non valet obligatio ſupradicta.

d *Perſona adiecta*.& mea ſub conditione.

e *Ex hoc*. ſcilicet quòd dictũ eſt non poſſe ſolui adiecto niſi in perſonã ſtipulantis conſiſtat ſtipulatio.Accurſius.

f *Perſona*.ſ.Titij.Acc.

g *Defecerit*.ſ.conditio.

h *Ex his omnib*.& quia alterius perſona nõ adiicitur ad obligationẽ, ſed ad ſolutionem: & quia ſi Titij cõditio defecerit, nec ipſi poterit ſolui.

i *Non rectè adiicitur*. quia mortuus.ad quod eſt.ſ.de vſur.l.placuit.

DE DVOB. REIS ſtipulandi & promittendi.

*Quia in ſtipula.de quibus dixit.ſ.tit.1.plures interueniunt quãdoque,ideo de hoc dicit:vt inſti.eo.in prin. & quod dicit, duobus, idem ſi plures:vt & inſti.e.§. duo. Duo rei ſunt duo debitores obligati inſolidũ ſinguli vel duo creditores quib' ſingulis ſolidũ debetur. & hi quemadmodũ verbis ſtipulationis conſtituãtur hoc titulo declaratur. Rei igitur nomen eſt cõmune debitoris & creditoris, à re nimirum quæ debetur & inde Marcellus.l.xxxix. De fideiuſſ. Nec reus eſt pro quo debeat nec res vlla quæ poſſit deberi, ad quam ſpeciẽ ex eodem libro Marcelli coniungenda eſt.l.72.§.ſi cum mihi. De ſolution. qua in eãdem rem adducitur ab Vlpiano in.l.xiij. de nouatio. & Marcus Tullius pro Plancio.De re,inquit reoque dixerunt, & de ſupplicijs. Magis propter reum quam propter rem ipſam.& ita reum ſtipulãdi dicimus rectè & reum promittendi,reum credendi, reum debendi, reum ſatiſdandi, reum ſatis accipiendi.Cuiacius.*

* ſtipulandi & promittendi.

aut Titio *kalendis Februarijs*? imò etiam citeriorem diem in Titij perſonam conferri poſſe:veluti, *mihi kalendis Februarijs, Titio kalendis Ianuarijs*?quo caſu[a] talem eſſe ſtipulatione intellegemus, *Si Titio kalendis Ianuarijs non dederis*,[b] *mihi kalendis Februarijs dare ſpondes*? Sed rurſus mihi quidem purè, aut Titio ſub cõditione ſtipulari poſsũ. Cõtra verò ſi mihi ſub cõditione, aut Titio purè:inutilis erit tota ſtipulatio: niſi in meã perſonam cõditio extiterit : ſcilicet quia niſi quod ad me vim acceperit obligatio,adiectio nihil poteſt valere. Hoc tamen ita demũ tractari poteſt,[c] ſi euidẽter apparet purè Titij perſona adiecta.[d] alioquin cũ ita ſtipulor: *Si nauis ex Africa venerit,mihi aut Titio dari ſpondes?*Titij quoque perſona ſub eadẽ conditione adiici videtur. Ex hoc[e] apparet, ſi diuerſa cõditio in meam perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meam perſonã extiterit conditio:totam ſtipulationẽ nullius momenti futurã.extante verò mea conditione : ſi quidem Titij quoque cõditio extiterit, poterit vel Titio ſolui. ſi verò in illi' perſona[f] defecerit:[g] quaſi non adiectus habebitur. Ex his omnibus[h] apparet, licet alterius perſona nõ rectè adiiciatur:[i] nõ ideo minus in noſtra perſona vtiliter procedere ſtipulationem.

## DE DVOBVS REIS conſtituendis.*

## TITVLVS II.

*Vi ſtipulatur.*] CASVS. Iuriſcõſultus more ſapiẽtis philoſophi,ne procedamus per ignota,tractatur de duobus reis, definit quid ſit reus ſtipulandi, & quid reus promittendi:dicens quòd reus ſtipulandi eſt qui ſtipulatur:reus promittendi eſt qui promittit.Fran.Accurſius.

k *Qui ſtipulatur,reus*.à re quæ in ſtipulationem deducitur, non à reatu.ſed alij à re.i.veritate.alij à re, id eſt contractu quo obligatur.alij à re.i.firmitate,ideo quia efficaciter ſtipulatur,& efficaciter tenetur.ſic in Virgilio.voti reus, id eſt qui erat voto adſtrictus.& ſic verbum reus firmitatem ſignificat.Acc.

CVm duo.CASVS. Titius & Seius ſtipulati ſunt à Sẽpronio.c. aureos.Sempronius ſoluit vni eorũ totam ſummã : an ſit liberatus ab alio etiã?Reſpon.quòd ſic. Item Titius ſtipulatus eſt à Mæuio & Seio.c.aureos:vtrum poſſit à quolibet eorũ totã ſummam exigere?Poſtea ibi,ideoque facit concluſionem ſuam:dicẽs quòd per petitionem factam ab vno reorum debendi,& acceptilationem,tota obligatio reſoluitur.Fran.Accurſius.

l *In ſolidum debentur*. cum hoc actũ eſt tacite vel expreſſe vt duo rei ſtipulandi ſint in ſolidum:vt.j.eo.reos.in ſi.& ſic etiam intelligitur.j.l.proxi.§.j.& inſti.eo.§.pe.ſed hodie ſecus:vt in authen. de duobus reis promit.in princip.col.vij.

m *Petitione*.accipe hæc duo actiue & paſſiue: vt & cætera verbalia nomina.nã ſiue vnus petat,vel accepto ferat:præiudicat aliis: ſiue econtra ab vno petatur,vel ei accepto feratur : proficit aliis. Ad primũ.ſ.ad petitionẽ prout paſſiue ponitur,concor.ſ.de euic. ſi per imprudentiã.ſ.ſi. ſed eſt cõtra.C. de fideiuſ. l. ſi.§.ideq;.&.ſ.depo.l.j.§.ſi apud.Sol.hic petiit lit.cõteſt.ar.ſ.eo. ex duobus. In cõtrarijs autem petiit extra iudiciũ. vel hic cũ effectu: argu.illius.§.ſi apud. & argu.j.de fideiuſ.l.cũ is qui & reũ.vel hic petiit animo nouãdi: vt.j.de noua.ſi rem.§.ſi duo.& ſ.de in rẽ verſo. ſi pro patre.ij.reſpon.Itẽ facit j. de noua. ſi rem. §. ſi duo.& ad id quod ſubiicit de acceptilatione, cõcor.j.de accep.l.& p iuſiurãdũ.§.ſi.&. l.ſi ex pluribus. Sed contra.ſ. de pac.ſi vnus.in princ. Sol.hic ſocij:ibi nõ. vel ſolue vt ibi. Itẽ ar.contra.ſ.de ope.no. nun.l. de pupillo.in ſi.&.l.qa in re.in prin. [eſt.§.in.l. de pupillo.] Itẽ facit.ſ. de pact.l.idẽ.&.ſ.de iureiur.duobus. Itẽ aliud quã in acceptil.eſt ſi ponas creditorẽ ſucceſſiſſe vni ex duob.reis debendi.nã non extinguitur obligatio alteri': vt in arg.contra.j.de fideiuſ.l.Vranius.verſic.ſed cum duo.Accurſius.

I. MODESTINVS *libro ſecundo Regularum*.

QVi ſtipulatur,reus[k] ſtipulãdi dicitur:† qui promittit,reus promittendi habetur.

Hæc actio idem facit,vt videatur conſtitui duo rei debendi & credẽdi:& vnius petitione & acceptilatione tollitur obligatio. Bart.

II. IAVOLENVS *libro tertio ex Plautio*.

CVm duo eandem pecuniam aut promiſerint aut ſtipulati ſunt: ipſo iure & ſinguli* in ſolidum debentur,[l] & ſinguli debẽt: ideoque petitione,[m] acceptilatione vnius,tota ſoluitur obligatio.

Licet prius contrahitur obligatio vnius, poſtea obligatio alteri': non vitiatur conſtitutio duorum reorum: & fruſtra timetur nouatio.Bartolus.

III. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum*.

IN duobus reis promittendi fruſtra timetur nouatio. nam licet ante prior reſponderit, poſterior etſi ex interuallo accipiatur, cõſequẽs eſt dicere,priſtinã obligationẽ durare, & ſequẽtẽ accedere:[n] & parũ refert,ſimul ſpondeãt,an ſeparatim[o] promittant: cũ hoc actũ[p] inter eos ſit, vt duo rei cõſtituantur:neque vlla nouatio fiet.

Poteſt à quolibet correorum in ſolidum peti : & etiam pro parte: & vna ſolutio ſufficit.Bart.

Vbi duo† rei facti ſunt: poteſt vel ab vno eorum ſolidum peti.[q] Hoc eſt enim duorum reorum,

† Huc ſpectat definitio quam libro.2. de oratore tradit Cicero:qui reos appellat non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur.

* ſingulis in ſolidum debetur.

*IN duobus reis.*] CASVS. Volebã mihi conſtituere duos reos promittendi,Titiũ.ſ.& Mæuiũ. primo ſtipulatus ſum à Titio.c. aureos. poſtea ex interuallo iterũ ſum à Mæuio ſtipulatus eãdem ſummã. feci cõueniri Titiũ vt mihi ſolueret iſta.c. qui reſpondit ꝙ non tenebatur mihi ſoluere: quia facta fuiſſet nouatio : eo ꝙ ſtipulatus fuerã eandem ſummã poſtea à Mæuio. quæritur quid iuris?Reſpon.ꝙ Titius tenetur ſoluere:nec poteſt allegare ꝙ facta fuerit nouatio : quia in duob.reis promittendi nõ fit aliqua nouatio: licet primo ab vno ſtipuler,poſtea ab alio.nã non eſt vis an ſimul reſpõdeãt,an ſeparatim: dummodo actum ſit vt fiant duo rei promittendi. [VBI DVO REI.]Vidimus ſupra quid ſint duo rei ſtipulandi: & quid duo rei promittendi.nunc quæritur quomodo exigi poſſunt. Et reſpondetur quòd ab vnoquoq; poteſt tota ſumma peti:& vnus reus promittẽdi poteſt totam ſummam petere. Item poſſunt etiã partes peti à ſingulis reis:& ſinguli rei promittẽdi poſſunt partes petere.& ponit ſimilitudinem ibi,quemadmodũ. nam ſicut à reo poteſt tota ſumma peti,vel à fideiuſſore poteſt tota ſumma peti: quia eſt vna obligatio,ergo etiam vna ſumma:& ſi vnus rem ſoluat,alter liberatur.aut ſi vnus reus ſtipulandi exigat totã ſummã: alter nihil poterit petere.Fran.

† Paulus de Caſtro, & doctor illuſtr. Franciſc.Arc. hic dicunt hunc text.raro alibi reperiri:& ſic faciũt eũ ſing. ad hoc ꝙ creditor poteſt petere partẽ debiti à debitore, & partẽ etiã à ſuo fideiuſſore petere: & ita diuidere debitum. qui text. ad hoc eſt clarus.Bolog.

n *Accedere*.Nam nec iſto iure fit noua tio:niſi hoc agatur expreſſe,vel tacite:vt hic,&.j.de noua.l.omnes.hodie expreſſe:vt.C.de noua.l.fina.Accurſius.

o *Separatim*.cõtra.inſti.e. in prin.ſed ibi in reis ſtipu.hic promittendi.vel hic vocat interuallum modicum,quod pro non interuallo habetur:vt.j.eod.l.duos.§.ſi.& quod dicit,ſimul.ſ.vno vocum contextu.& adde quod no.j.eo.ſi ex duobus.in prin.

p *Actum*.vt.j.eo.l.reos.in ſi.Accurſius.

q *Peti*.vt &.C.eo.l.j.&.ſ.l.proxi.Accurſius.

*Peti.*

vt vnuſquiſque eorum in ſolidum ſit obligatus, poſſitque ab alterutro peti. [a] & partes autem à ſingulis peti poſſe, nequaquam dubium eſt: [b] quemadmodum & à reo [c] & fideiuſſore petere poſſumus. vtique enim cũ vna [d] ſit obligatio, vna & ſumma eſt: vt ſiue vnus ſoluat, omnes liberentur: ſiue ſoluatur ab altero, liberatio contingat. [e]

Siue vnica voce reſpondeatur, ſiue pluribus: non vitiatur conſtitutio duorum reorum. Bart.

B

IIII. POMPONIVS *libro vicenſimoquarto ad Sabinum.*

DVo [f] rei promittendi, ſiue ita interrogati, *ſpondetis?* [g] reſpõdiſſent, *ſpondeo*: aut, *ſpondemus*: ſiue ita interrogati, *ſpondes?* reſpondiſſent, *ſpondemus*: rectè obligantur.

Obligationi perſonarum poteſt accedere fideiuſſor: & in ea actiue & paſſiue poſſunt duo rei conſtitui. Bartolus.

V. IVLIANVS *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

NEmo † eſt qui neſciat [h] alienas [i] operas promitti poſſe, [k] & fideiuſſorem adhiberi [l] in ea obligatione. & ideo [m] nihil prohibet duos reos ſtipulandi conſtitui, vel promittẽdi: ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas [n] ſtipulentur: & ex contrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem operas promittere intelleguntur, & duo rei promittendi fieri.

Ex duobus interrogatis vel interrogantibus, qui reſpondet obligatur: & cui reſpondetur, quæritur obligatio: & ab vno tantùm ex correis poteſt accipi fideiuſſor. Bartolus.

VI. IDEM *libro quinquagenſimoſecundo Digeſtorum.*

DVos reos promittendi facturus, ſi vtrũq; interrogauero, [o] ſed alter dũtaxat reſponderit, verius puto, eũ qui reſpõderit, obligari, neque enim ſub conditione interrogatio in vtriuſque perſona fit, vt ita demum obligetur, [p] ſi alter quoque reſponderit. Duobus autem reis cõſtitutis, quin liberum ſit ſtipulatori vel ab vtroque vel ab altero duntaxat fideiuſſorem accipere, non dubito.

C

a *Peti.* ſcilicet ſolidum. ſed hodie per authenti. determinatur de duobus reis promittendi.

b *Dubium eſt.* ſic. ſ. de lega. j. ſi ex toto. §. j. & j. de fideiuſ. l. inter. ij. §. duo rei. in fi. §. & ſ. de pecu. & ancillarum. §. illud. & ſ. cõmo. l. in commodato. §. duabus. Sed arg. contra. j. iu. ſolu. l. iam tamẽ. §. penult. ADDITIO. Dic ſecundum Bartol. quòd ibi loquitur in cõuen. & actor ſcindere volebat. hic loquitur in creditore volente diuidere, ſecundum Dy.

c *A reo.* audi Io. quia duo rei videntur fideiubere propter hanc ſimilitudinem. ſed dicas, audio. nam pro me eſt, cum nil ſit idem ei cui eſt ſimile. & hoc dic vt not. ſ. ad Velleia. l. vir vxori. in fi. Accurſius.

d *Cum vna.* imò plures obli. & actiones, quot rei: vt. j. eo. eandẽ. in fi. & l. ſi reus. & j. de fideiuſſ. l. generaliter. & inſti. e. §. ex huius. ſol. dic plures in eſſentia, vt in cõtrariis: ſed vna propter vnum debitum & vnã ſolutionẽ: vt hic. argu. ſ. de condit. & demon. hæc ſcriptura. & facit. j. de ſolu. qui hominem. §. j. in fi. §. Ac.

e *Contingat.* argu. contra. ſ. de interroga. act. l. qui ſeruũ. circa princi.

† Barto. hic dicit hanc. l. ſing. ad hoc propoſitũ, ꝙ in obligationibus operarum poteſt accedere fideiuſſor: & quòd etiã in ea poſſunt cõſtitui duo rei & actiue & paſſiue. hoc patet ex tex. ibi, & fideiuſſorẽ. & ibi ideoque &c. pro quo text. noſtro allegabis bene facere tex. in. l. 1. de fideiuſ. j. dũ dicit omni obligationi. & qui totum dicit, nihil excludit. in l. Iulianus. de leg. 3. ſ. l. à mãdatore. C. mandati ergo &c. Bolog.

DVo rei.] CASVS. Duo rei promittẽdi poſſunt reſpondere: ſpõdemus vel promittimus: aut ſpondeo vel promitto: quia non refert quomodo reſpondeant, dummodo ad interrogata reſpondeant. Fran.

f *Duo* facit inſti. eo. in prin. & §. j. Accurſius.

g *Spondetis.* ſcilicet tu & tu. Accurſius.

NEmo eſt.] CASVS. Sicuti poſſunt fieri duo rei ſtipulãdi eiuſdem ſummæ vel rei: ita poſſunt fieri duo rei ſtipulandi vel promittendi eiuſdem operæ. Exemplum: volebam ædificare domum, vel pingere aulã: poſſum à Titio & à Mæuio ſtipulari hanc domum mihi ædificari, vel aulam pingi. Vel pone econtra quòd Titius & Mæuius ſtipulentur à Seio domum ſibi ædificari: vel aliquid aliud fieri. Vide gl. quæ bene declarat has operarum ſtipulationes. Fran. Accurſius.

h *Neſciat.* id eſt ſcire non debeat. Accurſius.

i *Alienas.* aliàs, vel alienas. & ponitur vel pro etiam.

k *Promitti poſſe.* id eſt operam vel operas quas promiſit vnus, poteſt alius promittere: vt ſint duo rei debendi eiuſdem operæ, vel earundem operarum. Vt enim ſi Titius Stichũ promittit, & Seius eundem Stichum, vt ſic ſint duo rei debendi: idem Stichus eſt in obligatione vtriuſque: & eundem hominem videntur promittere: & ſic vno ſoluente alter liberatur: nec tamen ſolutio vnius eſt ſolutio alterius: ſic in. x. operis pictoriis. Nam eędem ſunt in obligatione vtriuſque: & eaſdem videntur promittere: & vno ſoluẽte ambo liberantur: nec tamen præſtatio operæ facta ab vno, eſt præſtatio quæ erat facienda ab alio. In hoc tamen differunt: quia in Sticho eſſentialiter vna res debetur: in opera duæ: quia quilibet de ſua actione ſeu actu intelligit: ſed fictio operatur propter omnimodam ſimilitudinem, vt eædem videantur: & hoc ſi ſint æqualiter periti: aliàs non videntur eædem: ſed diuerſę. ſolutione tamẽ vnius vterque liberatur: quia hoc agitur ſaltem tacite: aliàs ſecus: vt. j. de ſolu. l. inter artifices. quæ eſt contra. patet ergo principium legis loqui in duobus reis: ſubſequenter in reo & fideiuſſore. Tertio ad reos redit: & concipias ſtipu. vt in fideiuſſ. ſtatim dicam. Accurſius.

l *Adhiberi.* non quòd dicat fideiuſſor, promitto quòd ille dabit: nam ſic promitteret factum alienum: quod non valet: vt. ſ. tit. j. l. ſtipulatio iſta. in princ. Item nec quòd dicat promitto quòd faciã quòd ille dabit. nam ſic aliud promitteret fideiuſſor, & aliud reus principalis: quod eſſe non debet: vt. j. de fideiuſ. l. Græce. §. ſi quis Stichum. licet promittat eaſdẽ operas: puta ſi reus dixit, promitto decem operas: & ſic in genere. & iſte dicat, promitto eaſdem decem operas. & ſic ſimiliter in genere. ſi autem dixerit, promitto decem operas pictorias: & ſic in ſpecie. & iſte dicat: promitto totidem operas pictorias: non quòd dicat, promitto decem operas pictorias, ſcilicet eaſdẽ quas reus: quia ſic promitteret factum alienum. & ſecundum hoc dicitur ꝓmittere alienas, quia ab alio promiſſæ ſunt: & alius tenetur eas præſtare: & ipſe tamen ſuam operationẽ promittit. Sed contra. j. de ſolu. inter artifices. Solu. vt ibi. & ad hoc accedit quod dixit R. alienas, id eſt vt quis pro alienis operis ſe obliget. & ad hoc. j. de fideiuſſ. l. ſicut reus. Item eædẽ operæ ſunt propter omnimodã ſimilitudinem. Vel dic ꝙ eandem. ſ. operam promittat quã reus: vt modo dixi in duobus reis. Accurſius.

A

m *Et ideo.* pro M. contra Io. in eo quod not. ſ. ad Velle. vir vxori. in fi. ſed Io. dicit ideo non eſſe omnino idem: vel licet in hoc ſit ſimilitudo, non ſequitur propter hoc quòd in omnibus. Accurſius.

n *Eaſdẽ operas.* ſed quomodo ſunt eædẽ à duobus debitę: cũ nec eiuſdẽ hominis opera poſſit eſſe eadem: vt ſupra de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. libertus. & de præſcript. verb. ſi operas. quæ ſunt contra? Solu. hic in genere: & ſic incertas promittunt, ibi certas: inter quas certas & incertas multæ ſunt differentię: vt not. in. d. §. libertus. Vel verius dicuntur eædem propter omnimodam ſimilitudinem, & ſic fictione iuris. Argu. C. de contrahen. ſtip. l. veteris. ſed in ſui eſſentia diuerſæ ſunt quo ad præſtationem: & ſic cautè dicit eiuſdem peritiæ. nam ſecus ſi vnus peritus, & alter imperitus: quia tunc etiam iuris artificio non ſunt eædem, ſed diuerſarum operarum eſſent promiſſores: vno tamen ſoluente alter liberatur. Vel ſecundũ M. eaſdem, id eſt conſimiles. ideo autem ius fingit hic eſſe eaſdem: quia actum eſt vt etiam ab alio poſſint præſtari. aliàs ſecus: vt in contrario. j. de ſolu. inter artifices. Et eſt hæc ratio optima. nam & vbi indebitæ ſolutæ ſunt: ſiue certas, ſiue incertas putauerit ſe debere: non poſſunt eædem repeti: vt in. ll. contrariis: quia non egit hoc ſoluens vt ab alio ſoluerentur. & ideo eſt alia, quia ab alio vel ab eodem alio tempore præſtanda. hic autem vna: quia actum fuit: & propter ſimilitudinem peritiæ eædem intelliguntur fictione iuris. Accurſius.

Operæ ſiue certæ, ſiue ĩcertæ, repeti nõ poſſunt, vbi & quando indebitæ ſunt ſolutæ. & ratio quare.

D

DVos reos.] CASVS. Volebam mihi conſtituere duos reos promittendi: Titium ſcilicet & Mæuium. Interrogaui: Titi & Mæui promittis mihi c? ſi reſpondent ambo ad interrogatũ: ambo obligabuntur. Sed ponamus quòd ſolus Titius reſpondeat: certe ſolus Titius obligabitur, non Mæuius. ſed videbitur quòd nec Titius obligaretur: quia videntur iſtæ ſtipulationes duorum reorum fieri ſub conditione, ſi ſcilicet alter etiam reſpondeat, & non vnus ſolus. Sed reſpondetur quòd non eſt ita: imò qui reſpõderit, ille obligabitur, non autem alter qui non reſponderit. Item poſſum ab vno reo promittẽdi fideiuſſorem petere, ab altero nõ: quia forte vni melius confido quàm alteri. Item ſi duo rei ſtipulandi interrogent Titium an centum promittat, & Titius vni ſoli reſpondeat: illi ſoli obligabitur. [DVO REI.] Sicut in ſtipulationibus aliis modicum interuallum temporis, vel actus non contrarius ſtipulationi non vitiat ſtipulationem: ita ſimiliter nec in duobus reis promittendi ſi vnus nunc reſpõdeat, poſt modicum tempus alter. Textus abinde planus eſt. Fran. Accur.

o *Interrogauero.* ſubaudi, & ipſi reſponderint. Accurſius.

p *Obligetur.* qui reſpondet. & eſt ad hoc. ſ. de adquir. poſſ. l. quod

meo.§.ſi furioſo.&.C.de condi.ob cau.ſi repetendi.Sed arg.contra.ſ.de ope.noui nun.ſtipulatio.§.habet.Accurſius.

a *Sed ſi à duobus*.conuerſum caſum ad prin.huius.l.ponit.Acc.

b *Ratio*.id eſt diſcreta inſpectio,vt prolixum impediat,modicum non.Accurſius.

c *Modicum*.licet autem tempus prolixum poſſit impedire: modicum tamen &c. & ad hoc.ſ. de verbo.obligat.l.j.§. qui præſens.&.l.continuus.in princi. & de vi & vi arma.l.iij.§.cũ igitur.&c.j. de adul.quod ait.& ſupra de teſta.heredes.§.fina.& ſupra ad legem Falcid.l.j.§. item ſi ita legatum.ibi, & qđ dixi incontinenti . ſed contra ſupra eodẽ. l. in duobus . circa princip. Solu.vt ibi.Accurſius.

ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quòd inter interrogationem & reſponſionem eiuſdem,actus contrarius,vel longum interuallum impedit conſtitutionem, vt hic: ſed longum interuallum inter obligationem vnius & alteriꝰ non vitiat.

d *Interrogatus*. [a] idẽ in inſtrumento,ſi forte velit ſecũdo interrogatus primo fieri inſtrumentum ſuper reſponſione primi interrogati & reſpondentis quàm ipſe reſpondeat.

a]Bartol.hic dicit hãc gl. mẽti tenendam & ſing. ad hoc, ꝙ ſi te interrogẽ, promittis mihi. c. ducatos? & dico, facias hoc ſcribere: & poſtea reſpondes, promitto: valet ſtipulatio:& cenſetur facta nõ ex interuallo,ſed incontinẽti: prout requiritur ꝑ l.1.ſ. de ver. obligat.&.l. continuus. c.ti.Bolog.

e *Contrarius*.accipe cõtrarium omnem actum præter obligationem: vt & ibi: Qui non eſt mecum &c.

Ex duobus.] CASVS. Stipulor à Titio & Mæuio cẽtum aureos. Titius pure mihi promittit,Mæuius autem ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit. an talis ſtipulatio valeat? Reſpon.quòd ſic.Sed ponamus quòd conditio non adhuc exiſtat:an interim poſſim exigere ab eo qui pure promiſit totam ſummam? Dicitur quòd ſic.Franc.

f *Sub conditione*.ſup.& alius pure: vt inſtitu.eod.§.fin.& infra eo. l.eandem.in fine.Item vnus ciuiliter & naturaliter, & alius naturaliter tantum:vt infra eo.ſi ex duobus.§.fin.Sed contra infra eo. l.eandem.§.ſed ſi quis. vbi diſparitas culpæ impedit . ſed ibi erat obligatio re interpoſita:hic verbis.uel ibi culpæ eſt diſparitas : & ſic quodammodo quantitatis : hic qualitatis diei vel condi. Sed quare ſecus,ibi dices.Item cõtra.infra eo.ſi id quod ego.§.idémque ait. ſed ibi re plus eſt in vna:hic tempore. & patebit ratio in d.l.eandem.

His verbis.] CASVS. Inueni quoddam inſtrumentum in quo ſcriptum erat:Nos Titius & Seius quæ præſtari tibi Mæuio ſtipulanti ſpopondimus,ea ſoluere volumus.conſtabat vnũ reorum ſcilicet Titium non fuiſſe præſentem in ſtipulatione.quæritur,vtrum Seius in ſolidum teneatur? Diſtinguitur . aut actũ eſt vt eſſent duo rei promittẽdi:& tunc ſolus Seius qui præſens fuit, obligatur . ſin autem non ſit hoc actum : tunc Seius obligabitur tantum pro ſua parte.Fran.

g *His verbis*.id eſt ſignificatione horum verborum quæ ſequuntur,eáque &c.& ſic que breue.poteſt etiam longum eſſe: & dic quòd inueniebatur in quodam inſtrumento duos promiſiſſe,puta Stichum & decem,cõſtabat vnum de promiſſoribus fuiſſe abſentem:& inter abſentes promiſiſſe : & alium inter præſentes: & quærebatur an præſens teneretur in ſolidum:& reſpondi,intereſſe quid inter contrahentes actum ſit, quorum ſcilicet voluntate hæc ſcripta ſunt.

h *Facti ſint*. quo ad propoſitum. nam vnus non tenetur: vt ſubiicit. Accurſius.

i *Non teneri*.vt &c.ſ.titu.j.l.j.in prin.

A k *Si minus*. id eſt ſi non ſit actum vt ſint duo rei debendi . & facit infra eod.l.reos.§.cum tabulis.& non eſt contra infra eo. ſi id quod.vbi imparitas impedit:quia & hic impedit vt non ſint duo rei,ſed vnus reus.

Sed ſi à duobus [a] reis ſtipulandi interrogatus reſpondiſſet vni ſe ſpondere:ei ſoli tenetur.

Modicum interuallum cõſtitutionem reorum non vitiat: nec actus medius cõſtitutioni reorum non contrarius.Barto.

Duo rei ſine dubio ita conſtitui poſſunt, vt & temporis ratio[b] habeatur intra quod vterque reſpondeat. Modicum[c] tamen interuallum temporis , item modicus actus , qui modò contrarius obligationi non ſit , nihil impedit quo minus duo rei ſint. Fideiuſſor quoque interrogatus [d] inter duorum reorũ reſponſa ſi reſponderit , poteſt videri non impedire obligationem reorum:quia nec lõgum ſpatium interponitur, nec is actus qui contrarius [e] ſit obligationi.

Diſparitas qualitatis quæ ſperatur reduci ad paritatem: nõ vitiat conſtitutionem correorum.Bart.

VII. FLORENTINVS *libro octauo Inſtitutionum.*

EX duobus reis promittendi alius in diem vel ſub conditione[f] obligari poteſt.nec enim impedimento erit dies aut conditio quo minus ab eo qui purè obligatus eſt,petatur.

Si in vnius perſona nõ conſiſtit obligatio:alter tenetur in ſolidũ ſi tanquam duo rei ſe obligant.aliàs in virilem. Bartolus.

VIII. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum.*

HIs verbis,[g] *Eáque præſtari ſtipulanti tibi ſpopondimus* : intereſſe quid inter contrahentes actũ ſit. nam ſi duo rei facti ſint:[h] eum qui abſens fuit, non teneri:[i] præſentem autem in ſolidum eſſe obligatum:aut ſi minus,[k] in partem fore obſtrictum.

Re,verbis,conſenſu,teſtamento,poſſunt conſtitui duo rei.Bar-
B tolus.

IX. PAPINIANVS *libro viceſimoſeptimo Quæſtionum.*

EAndem rem apud duos pariter depoſui, vtriuſque fidem in ſolidum ſecutus : vel eandem rem duobus ſimiliter commodaui : fiunt duo rei promittendi : [l] quia non tantùm verbis ſtipulationis,ſed & cęteris cõtractibus,[m] veluti emptione,venditione,locatione, [n] conductione , depoſito, commodato, [o] teſtamento: vtputa ſi pluribus heredibus inſtitutis teſtator dixit : *Titius & Mæuius*[p] *Sempronio decem danto.*[q]

Imparitas culpæ ab initio vitiat cõſtitutionem duorum reorum:
C ſecus ſi ex poſtfacto.Bart.

Sed ſi quis in deponendo penes duos , paciſcatur vt ab altero culpa [r] quoque præſtaretur : verius eſt non eſſe duos reos à quibꝰ impar ſuſcepta eſt obligatio. [ſ]

Eandem rem.] CASVS. Textus iſte vſque ad. §. ſed ſi quis. ſatis planus eſt . abinde vſque ad.l. ſequen. pone ſic caſum . Depoſui rem apud duos:Titium ſcilicet & Męuium.certum eſt quòd in depoſito depoſitarius tenetur tantùm de dolo & lata culpa . nunc ego pactus ſum cum Titio quòd ipſe etiam culpã leuem præſtaret ſi depoſitum interiret . certe hic nõ ſunt duo rei: quia obligatio eſt impar in eorum perſona: cum vnus ſtrictius ſit obligatus quàm alter. Si autem ab initio ſum pactus cũ ambobus vt mihi de leui culpa ambo tenerentur:poſtmodum vni eorũ puta Titio remitto culpam, ita vt tantùm de dolo teneatur:propter hãc ſecundam pactionem nõ mutatur prima, ita vt Mæuius liberetur à cul pę præſtatione quæ ab initio fuit ꝓmiſſa . poſt facit concluſionẽ ſuam ibi:quare &c. ſi iſti depoſitarij ſunt ſocij, & interceſſit communis culpa in depoſito :pactum factum cum vno de culpa remiſſa, proderit alteri.[CVM DVOS.] Titius erat Mediolani, Mæuius autẽ Florentiæ : vendidi eis ambobus per nuntium vel epiſtolam certas merces vſque ad ſummam mille aureorum: quia mihi promiſerunt ſe ſoluturos illa mille Capuæ. hic quæritur, qualis ratio debeat haberi iſtorum duorum emptorum: quia quando quis promittit certo loco ſoluere,eſt habenda ratio quòd illuc poſſit peruenire. cũ ergo vnus ſit Mediolani:longius diſtat à Capua quàm ille qui eſt Florentiæ.habebitur ergo ratio vtriuſque diuerſimodè : ſecundum quod vnus longius eſt, alter verò propius.Franc. Accurſius.

l *Promittendi*. large accipe, id eſt debendi : vt & verbum credendi: vt & ſupra ſi cer.peta. l.j. ſed hodie ſecus:quia non tenen-
D tur in ſolidum: ſeu non fiunt duo rei debendi: niſi hoc agatur:vt in authen.de duo. reis.in princi.col.vij.& facit ad primum.ſ. depo.l.j.§.ſi apud. ad ſecundum ſupra commo. ſi vt certo. §. fi. Ac.

m *Contractibus*.ſupple fiunt duo rei promittendi,ſecundum M.

n *Locatione*. vt & ſupra loca.item quæritur.§.duo. &.l. cum apparebit.

o *Commodato*.& mandato,etiam ſi hoc non agatur expreſſim,ſecundum quoſdam:vt.ſ.manda.l.creditor.§.duobus. & facit.ſ.de conſti.pec.ſi duo.& de inſti.habebat.§.ſi duo.

p *Mæuius*.ſcilicet heres.

q *Danto*.vtriuſque fidem in ſolidum ſecutus:vt in princi.l. dixit. & ſic non eſt contra.j.eo.ſiue.

r *Culpa*.leuis:de qua ſine pacto non tenetur:vt.ſ.depo.l.j.§.ſi cõueniat.&.§.ſi quis ſeruum.in fin.

ſ *Eſt obligatio*. pura.Sed contra.ſ.eod.ex duobus.Solu.vt ibi. & eodem modo ſolue quod eſt inſti.eo.§.fi.Sed qualiter hæc imparitas vitiat,& non illa quando vnus pure,& alter in diem vel ſub conditione? Reſpon.quantum ad conditionem non eſt quæſtio, cum non interim ſit obligatus.quãtum ad diem,dic idem quo ad effectum:

effectum:ſed hic vterque pure & efficaciter tenetur:Item quãdo vnus pure,alius in diẽ vel ſub conditione:nullus extraneus actus aſſumitur:ſed ab initio ſic obligatur. & illa eſt natura cõtractus, quòd ſic fieri poſſit.at quando culpa promittitur: extra naturam contractus hoc fit.Item ſecundũ R.ille qui in diem vel ſub conditione promiſit,adueniente die vel conditione pure tenetur vt alius, & ſic omnino eſt par:quæ paritas hic nõ ſeparatur.Io.& per hoc etiam patet ratio diuerſitatis inter legem illã, ex duobus.&.j. eo. l.ſi id quod.Accurſius.

Non idem probandum eſt cum duo quoque[a] culpam promiſiſſent, ſi alteri poſtea pacto culpa remiſſa ſit: quia poſterior conuẽtio quæ in alterius perſona interceſſit, ſtatum & naturam obligationis quæ duos initio reos fecit, mutare non poteſt. quare ſi ſocij ſint,[b] & communis culpa interceſſit: etiam alteri pactum cũ altero factum proderit.[c]

Diſparitas locorum non impedit conſtitutionem reorum. Bartolus.

Cum duos promittendi facerem,[d] & ex diuerſis locis Capuæ pecuniam dari ſtipulatus ſim: ex perſona cuiuſque ratio proprij tẽporis[e] habebitur. nam & ſi maximè[f] parem cauſam ſuſcipiunt, nihilominus in cuiuſque perſona propria[g] ſingulorum conſiſtit obligatio.

Correus non ſocius opponit cõpenſationẽ de eo quod alteri correo debetur. Accurſius.

X. IDEM *libro trigenſimoſeptimo Quæſtionum.*

SI duo rei promittendi ſocij nõ ſint:non proderit alteri[h] quòd ſtipulator alteri reo pecuniam debet.

Duo rei poſſunt inuicem fideiubere: & poteſt actor actionem diuidere quo ad quantitatem, & quo ad petendi modum. Bartol.

a *Quoque*. id eſt æqualiter. ſed certe idem in hoc videbatur quod in ſuperiori: vt in arg.cõtra.ſ.de in rem verſo.ſi pro patre.§.verſum. & de condi. inde ſufficit. &.j.de fideiuſ.ſi à reo. §.ſub diuerſis. ſed ille quo ad ſuos cõtractus.

b *Sint*.ergo non vidẽtur fideiubere niſi ſint ſocij: vt hic, & arg. ſ. proxi.reſpon.quia ſi remittitur vni culpa, & ille eſſet principalis:minus quàm correus teneretur.

c *Proderit*. facit ſupra de pac.idem.& de arbi. ſi duo.&.ſ.de lib.leg.l. iiij.§.nunc de effectu. &.l.ſi is qui duos. &.j. rem ra.ha.ſi quis.Acc.

d *Facerẽ*. iſti facti ſunt non verbis, cum inter abſentes: ſed aliis contractibus per nuntium, vel per epiſtolam.Et ꝙ infra dicit,ſtipulatus ſit dic. i. dari conuenit. & promittendi. i. debendi. vel etiam in ſtipulatione poni poteſt.ſed tunc eſt contra.ſ.eo.l.duos.§. fin. ſed certe & hic poteſt fieri incontinenti,ſi ego hic,& ſeruus meus Mutinę eadem decem à diuerſis ſtipulamur:cum de hoc eum fecerim certum arg.ſ.titu.j.l.fin.§.ſi inter.vel etiam egomet.nec videtur cõtrarius actus ſi ad illum locum vadam ad ſtipulandum: dum alia extranea interim non faciam: vt dicimus in eo qui incontinenti poſſeſſionem recuperat:vt.ſ.de vi arm.l.iij. §. cum igitur. & pro hoc facit.ſ.eo.l.in duobus.in prin.Accurſius.

e *Proprij temporis*.quo potuerit illuc venire:cum vnus plus quàm alius diſtet:vt.ſ.de verb. oblig. interdum.&.j.de fideiuſ. ſi teſtamento.§.fi.ſic & quandoque vnus pure, & alter ſub conditione vel in diem promiſit.nec eſt hic imparitas quæ vitiet, cum adueniente die vtriuſque tacite intellecto efficaciter & æqualiter ambo teneantur.

f *Maxime*.quia maxime videbatur ad id quod dixerat remouẽdum.tale maxime eſt.C.quod me.cau.l.iij.&.j.de capti.l. in bello.§.medio.verſi.ſed captiui.

g *Perſona propria*.ea tamẽ dicitur communis: vt infra de ſolu. qui hominem.§.j. & vna,ex eo quòd vna ſolutio vtrumque liberat: vt ſupra eo.in duobus.§.fin.quæ ſunt contra.

S*I duo rei*.] CASVS. Titius & Seius promiſerunt mihi ſummam centum aureorum.ego debebam Titio ſummam.l. aureorum.petij à Seio.c.mihi promiſſa.Seius vult cõpenſare.l. quæ ego debeo Titio.an poſſit? Diſtinguitur vtrũ iſti duo rei ſint ſocij,vel nõ.ſi ſunt ſocij,Seius poterit compẽſare:aliàs nõ.Frã.Acc.

h *Alteri*.vt ſcilicet compenſare poſſit,cum alius ſit:vt.C.de cõpe.l.eius.ſecus autem in fideiúſſore:vt ſupra de compè.l. ſi quid. & ſic apparet iſtos non videri fideiubere inuicem inter ſe.ſecus ſi eſſent ſocij:vt in pacto prodeſſet vni factum pactum etiã alteri. vt ſupra de pactis.l.idem.& facit ſupra l. proxi. §. penul. & quod ibi de hoc dixi.Accurſius.

R*Eos promittendi*.] CASVS. In.l.iſta glo.ponit caſum vſque ad.§.cum tabulis.[CVM TABVLIS.] Textus procedit per terminos ponendo caſum: & in ſumma hoc vult dicere. duo rei ſtipulandi aut promittendi non fiunt niſi hoc expreſſe dicatur. Franciſcus.Accurſius.

XI. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

REos promittendi[i] vice mutua fideiuſſores non inutiliter accipi[k] conuenit. reus itaque ſtipulandi actionem ſuam diuidere[l] ſi velit (neque enim diuidere cogendus eſt) poterit eundem vt principalem reum,[m] item qui fideiuſſor[n] pro altero extitit,in partes conuenire:[o] non ſecus ac ſi duos promittendi reos diuiſis actionibus[p] conueniret.

Plures intelliguntur in dubio viriliter obligari,& viriliter ſtipulari,niſi aliud actum ſit. Bartolus.

Cum tabulis[q] eſſet comprehenſum, illum & illum centum aureos ſtipulatos: neque adiectum, ita vt duo rei ſtipulandi eſſent:virilem partem ſinguli ſtipulati videbantur.[r] Et è contrario, cum ita cautum inueniretur: *Tot aureos recte dari ſtipulatus eſt Iulius Carpus: ſpopondimus ego Antoninus Achilleus, & Cornelius Dius*:partes viriles deberi:quia non fuerat adiectum[ſ] ſingulos in ſolidum ſpondiſſe, ita vt duo rei promittẽdi fierent.

Interuallum inter interrogationem & reſponſionem impedit reſpondentem obligari. Bartolus.

i *Reos promittendi*.] CASVS. Duo rei promittendi videntur fideiubere: ſcilicet ſi ſocij ſunt: vel ſi eſt actũ: nõ aliàs ſecundum Io. vt no. ſupra ad Velleia. l. vir vxori. in fin. pro parte ergo tenetur vnuſquiſque vt principalis. & pro parte vt fideiuſſor.poterit itaque creditor actionem ſuã diuidere: ſcilicet vt vnunquenque pro parte cõueniat tãquam reos. non enim cogẽdus eſt: ſed eundem in totum poteſt cõuenire: in dimidia ſcilicet vt rerum principalem: in alia vt fideiuſſorem. & ad hoc C. de fideiuſſ. tuto. l. j. & idem in duobus reis Accurſius.

Caſum ponit. Rei duo promittendi fideiubere videtur ſi ſunt ſocij: vel ſi actũ eſt inter eos.

k *Accipi*.à iure, ſi ſocij ſunt.vel accipi à creditore, cum eſt actum: M. etiam in non ſociis. & ſi hoc non eſt actum dicit idem.

l *Diuidere*.conueniendo vtrũque in dimidia vt principalẽ: vel conueniẽdo vtrũque vt fideiuſſorem alterius: cũ iure iſto fideiuſſor poſſit iure conueniri ante reum:vt. C. de fideiuſſ. l.iure noſtro.nõ autem dicas quòd vnum vt principalem, alium vt fideiuſſorẽ conueniat, & exigat in ſolidum: quia in quo vnus eſt principalis, in eodem alius eſt fideiuſſor:& ſic bis idem exigeretur.

m *Reum*.ſcilicet in dimidia.

n *Qui fideiuſſor*.de eodem dicit,qui pro parte vt reus principalis, & pro parte vt fideiuſſor conuenitur. vel dic quòd vnum de reis conuenit vt fideiuſſorem alterius.arg. ſ. eo.l.duos. §. duobus. & ſecundum hoc erit exemplum quando diuidit: ſed ſuperiori expoſitione quando non diuidit.

o *Conuenire*.& ſic ſolidum habebit ab vno.

p *Diuerſis actionibus*. id eſt contra diuerſos intentatis. vna tamen eſt actio: vt ſupra eo.l.in duobus.in fi.& facit infra de fideiuſ. inter eos.§.duo.& ſupra eo.l.in duobus.§.vbi.Accurſius.

q *Cum in tabulis*.quibus ſcripta eſt ſtipulatio.

D r *Videbantur*.hoc verum in diuiduis:ſecus in indiuiduis: ſed per ius authen.idem in vtroque caſu.

*Videbantur*.niſi aliis indiciis contra probetur,non tamen ſcriptura repugnat.

ſ *Adiectum*.expreſſe,vel tacite: ſed hodie expreſſe. & ſic addit authen.de duobus reis.vel dic quòd in hoc non addit quia & olim erat neceſſe exprimi.ſed in hoc,quia etiam ſi exprimitur: hodie tamen non in ſolidum, ſi ſunt ſoluendo & præſentes, ſed in partes conueniuntur. hoc ergo hic dicit, quòd ſi inſtrumentum contineat eos ſic obligatos,præſumitur viriliter. & ad hoc. ſ. de re iudic.l.Paulus.&.C.ſi plures vna ſententia. l. j. & de leg. j. l. ſi quis teſtamento Titio.& de lega.ij.ſi pluribus.Accurſius.

Plures ſi ſunt in vno inſtrumẽto obligatorio deſcripti,an præſumantur viriliter obligati: & an in ſolidũ poſſint conueniri an vero in partes.

S*I ex duobus*.] CASVS. Volebam mihi conſtituere duos reos promittendi,Titium & Sempronium.interrogaui hodie Titium promittis mihi.c.ille promittit: cras interrogo Sẽproniũ: & ipſe etiam mihi promittit.Dicitur hic ꝙ non ſunt duo rei ſtipulandi:nec Sẽproni⁹ obligatur qui poſtera die reſpondit. nã ſtipulator ad alios act⁹ diſceſſerat:licet poſtea reuerſus fuerit.[SI A TITIO.]Stipulatus ſum à Titio libero homine & Pãphilo pupillo. c.aureos.certũ eſt ꝙ pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt

obligari.an ergo duo rei promittendi fiant? Reſpõ. quod ſic:ſed Titius ſolus erit obligatus.Item ſi ſtipulatus ſum à Titio pupillo & Sticho ſeruo:dominus quidẽ ſerui conuenitur in ſolidum pro ſeruo ſuo actione de peculio ac ſi Stichus liber fuiſſet.Fran.

a *Si ex duobus*.ſimul interrogatis.M.

b *Hodie*.ex conuentione nuda præcedenti.Azo.vel tacite: quia hodie interrogatur.

c *Alter ab altero*. id eſt ſine altero. ab enim ſeparationem notat.

* Vide Alcia.lib.2. para.ca.2.

† Flo.prolutus.pro quo alij ſubſtituerunt,probatur.

d *Poſtera*.i. die poſtea ſequenti. dicitur enim poſterus,poſtera,poſterum.

e *Reſponderit*.ideo quia non ſtatim poſt interrogationem reſpondit: vt ſupra titu.j.l.j.§. qui præſens.&.l. cõtinuus. in principio. Sed quid ſi hodie vnum interrogo, & reſpondet: cras alium de eadem re, & hoc acto vt ſint duo rei debendi? Videtur quòd teneantur, vt ſupra eo.l. in duobus. in principio.&.l.eandem. in fine. Econtra quòd non teneantur: vt hic, & ſupra eo.duos in fin. Sed an vt fideiuſſor? Reſpondeo,non: quia contrarium agebatur, ſcilicet vt eſſet reus, nõ fideiuſſor: & ſic poteſt quod nõ vult: & quod vult,non poteſt: vt. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. Azo. ſed dic vt infra eodem titu. ſi id quod.in fine nota.Accurſius.

XII. VENVLEIVS *libro ſecundo Stipulationum.*

SI ex duobus [a] * qui promiſſuri ſint, hodie [b] alter, alter [c] poſtera [d] die reſponderit, [e] promitto: † non eſſe duos reos: ac ne obligatum quidem intelligi eum qui poſtera die reſponderat: cum actor ad alia negotia diſceſſerit: vel promiſſor, licet peractis illis rebus reſpõderit.

Diſparitas in obligationis ſubſtantia non impedit duorum reorum conſtitutionem.Bartolus.

B

Si à Titio & pupillo ſine tutoris auctoritate [f] ſtipulatus fuero eadem decem, vel à ſeruo, [g] & quaſi [h] duos reos promittendi conſtitui: [i] obligatum Titium ſolum Iulianus ſcribit: quamquam ſi ſeruus ſpoponderit, [k] in actione de peculio eadem obſeruari debent, ac ſi liber fuiſſet. [l]

Duæ obligationes paris potentiæ inuicem non tollunt ſe: ſed maius potens tollit minus potens.Bartolus.

XIII. IDEM *libro tertio Stipulationum.*

C

f *Auctoritate*. nec etiam eſt locupletior: aliàs teneretur etiam ciuiliter:vt.ſ.de auctor.tu.l.v.§.pupillus.

g *A ſeruo*.nõ gerente negotium peculij:nec etiam fideiubet: & ſic naturaliter tenetur.

h *Quaſi*.cum reuera non ſit.

i *Conſtitui*.quantum ad deſtinationem.Azo.& eſt verbum infinitiui paſſiui.

k *Spoponderit*. non tamen animo donandi. tunc enim de peculio ceſſaret actio.& ſecundum hoc puncta ibi, ſpoponderit. vel poſt dictionem,peculio,puncta.& dic,in actione de peculio, id eſt in aliquem actum pertinentem ad peculium. & quod ſubiicit,ſeruari debent, ſcilicet in actione de peculio. & ſic in idẽ recidit.Vel dic quòd ſpopondit extra peculium: & tamen dominus tenetur de peculio: quia non videtur fideiubere. tunc enim ſecus eſſet:nam etiam de peculio non teneretur dominus:vt.ſ.de peculio.licet.§.ſi filius.& ſecundum hoc eſt arg.hic quòd non videantur inuicem fideiubere duo rei:vt.ſ.ad Velleia.vir vxori. in fine.Accurſius.

D

l *Fuiſſet*.vt in ſolidum conueniantur ſi tantum eſt in peculio. M.ſicut liber homo in ſolidum conueniretur.erunt ergo duo rei promittendi ſeruus & Titius:quamuis ab altero in ſolidum,id eſt à Titio:à domino vero nomine ſerui peculio tenus ſit conſecuturus.nec propterea eſt dicẽda diſpar obligatio:quoniã æqualiter quo ad partem tenetur quilibet naturaliter:quamuis perſecutio eſt diſpar:ſicut & aliàs dicitur æqualis quamuis dilatio ſit impar:vt &.ſ.eo.l.eandem.§ fina.&.l.ex duobus.

SI reus promittendi.] CASVS. Stipulatus ſum à Titio & Mæuio c.ducatos:& ſic ſunt duo rei.moritur Titius:cui Mæuius correus ſuus eſt heres.dicitur hic quòd Mæuius ſuſtinet duas obligationes in ſe principales:vnàm propter ſe, alteram propter Titium. Sed videtur quòd extinguatur vna iſtarum. nam cum fideiuſſor ſuccedit reo principali, aut reus principalis fideiuſſori: obligatio fideiuſſoria extinguitur: & remanet principalis. ergo hic à ſimili fieri debet.Sed reſpon. quòd non eſt idem: quia hic ſunt duæ principales obligationes: & vna non perimitur per alteram:ſicuti contingit in obligationibus acceſſoriis & principalibus.Idẽ eſt & ſi reus ſtipulãdi alteri reo heres extiterit. Fr. Acc.

A

m *Si reus*.aut obligationes ſunt pares, aut impares.ſi pares, & vnus alteri ſuccedat:vt puta reus debendi reo alteri:vtraque remanet.ſi impares,vt ſi reus fideiuſſori vel econtra ſuccedat:remanet principalis,& acceſſoria tollitur.

Obligationibus duabus exiſtentibus inuicem, vtra illarum tollitur.

SI reus [m] promittendi altero reo [n] heres extiterit: duas obligationes eum ſuſtinere [o] dicendum eſt. Nam vbi quidem altera [p] differentia obligationum eſſe poſſit, vt in fideiuſſore & reo principali: conſtat alteram ab altera perimi. [q] Cum verò eiuſdem duæ poteſtatis ſint: non poteſt [r] reperiri qua * altera potius quàm alteram conſummari: ideoque & ſi reus ſtipulandi heres extiterit: [ſ] duas ſpecies obligationis eum ſuſtinere. [t]

XIIII. PAVLVS *libro ſecundo Manualium.*

ET ſtipulationum [u] prætoriarum [x] duo rei [y] fieri poſſunt.

Diſparitas rei debitæ vel cauſæ debendi, impedit duorum reorum conſtitutionem. Bartolus.

XV. GAIVS *libro ſecundo de Verborum obligationibus.*

SI id quod ego & Titius ſtipulamur, in ſingulis perſonis [z] proprium [a] intelligatur, non poterimus duo rei ſtipulandi [b] conſtitui: veluti cum vſumfructum, [c]

n *Alteri*.reo.i.correo.

o *Suſtinere*. quia in ſolidum ſuo nomine qui ſupereſt tenetur, & in ſolidũ nomine morientis:vt.ſ. de actio.empt. l.non eſt nouum.

p *Aliqua*. aliàs altera.

q *Perimi*.puta acceſſoriam per principalem: vt &.j.titu. ij. heres. §. quòd ſi ſtipulator. verſi.quòd ſi idem.&.l.Lucius.&.l.Vranius. ij. reſpon.Accurſius.

* quare altera potius quàm altera cõſumatur. Ant. Augu. li.2.ca.2. putat legendũ qua alteram potius quã alteram.

r *Non poteſt*. & ideo vtraque remanet, ſiue ſint ambæ principales, ſiue ambę acceſſorię vt & infra titu.ij.l.generaliter.&.l.ſi reus.&.l.heres.§.non eſt.

ſ *Extiterit*. ſcilicet alteri reo ſtipulandi.M.

t *Suſtinere*. exacto tamẽ ex vna,vtraque tollitur: & vtroque caſu. & quæ ſit vtilitas quòd vtraque remanet, habes.j. de ſolu. ſi duo. & facit.ſ.de actio.emp. l.non eſt.& de ſepara.l. debitor.

t *Suſtinere*. quia poteſt ſolidũ debitum ex perſona heredis petere, & ſolidum ex perſona decedentis.Accurſius.

Debitũ ſolidum ex perſona teſtatoris poteſt quis petere: & illud idẽ & ſolidum ex perſona heredis.

ET ſtipulationum.] CASVS. Tu & Titius ædificabatis in ſolo meo,nũtiaui vobis opus nouum.vos ambo promiſiſtis mihi quòd ſi appareret male ædificatum, quòd opus deſtrueretis. nunquid eſtis facti duo rei promittendi? Reſpon. quòd ſic. nam & prætoriarum ſtipulationum poſſunt fieri duo rei ſtipulandi & promittendi.Fran.Accurſius.

u *Et ſtipulationum*.vt dam.infe.& ſimilium,quas habes.j.de pręto.ſtipu.l.j.Accurſius.

x *Prætoriarum*.q.d.nedum conuentionalium.

y *Duo rei*.debendi, non ſtipulandi: cum tantum proprium intereſſe veniat:vt.j.rem ra.habe.ſi procurator.& argu. j.l. proxi. ADDITIO. Dic iſtud eſſe verum niſi certa quantitas exprimatur:quia tunc poſſunt duo rei conſtitui,ſecundum Bar.hic.

SI id quod.] CASVS. Glo.ponit caſum quæ eſt ſuper verbo, cũ vſufructu.vſque ad.§.idemque. [IDEMQVE.] Titius & Seius ſtipulati ſunt à Sempronio.x.& Stichum ſeruũ qui erat Titij. certe hic non poſſunt eſſe duo rei ſtipulandi.nã Seio poſſunt deberi.x.aut Stichus:Titio vero tantum.x.quia nemo poteſt rẽ ſuã ſibi dari ſtipulari.cũ igitur Stichus ſit ipſius Titij: nõ poteſt eum ſtipulari.Et hoc eſt verũ intantum quod ſi Sẽpronius Titio vel Seio ſoluerit.x.vel Seio Stichũ, nihilominus manet obligatus alteri. poſt hæc corrigit iſtud vltimũ dictũ,& dicit quod ſi Sẽpronius ſoluerit.x.vni eorum,quòd ab altero liberatur.Fran.Accurſius.

z *In ſingulis perſonis*.id eſt ſingulariter in perſona vnius noſtrum intelligitur.

a *Proprium*. id eſt proprietas inſeparabilis: & non in alterius: vt quia talis res eſt quæ vni tantum noſtrum acquiri poteſt.

a] Fran. Ac. hic reputat iſtã gl. ſing. ad hoc, quod vſusfructus non poteſt cõſtitui duobus in ſolidum in eadẽ re.& glo. in hoc eſt clara Bolo.

b *Stipulandi*.vt vtrique in ſolidum debeatur tãquam principali.

c *Cum vſumfructum*.puta duo ſtipulamur vſumfr.formalẽ fundi mei à Titio:& ſic mihi nõ poteſt quæri, cum res mea non poteſt mihi ſeruire:vt.ſ. ſi vſusfr. pe.l. vtifrui.& eſt ſic quãdo nos duo ſtipulamur rem quæ vnius eſt noſtrũ,dari:ſecus ſi tradi: vt.j.tit. j.l.item ſi ſeruus.vel pone [a] ſecundo, quòd duo ſtipulantur à Titio in ſolidum vſumfru. eiuſdem fundi qui erat Titij: & ſic non poterit in ſolidum acquiri.ſed an pro parte acquiritur, dubiũ eſt ſecundum Ioan. quod non erit dubium ſi ponas nos ab initio pro partibus expreſſe ſtipulatos.cũ diuiſionem hæc ſeruitus recipiat:

piat: vt. ſ. ad. l. Falcid. l. j. §. ſi vſusfru. vt ergo vna nupta duobus, ita nec vſusfru. duorum poteſt eſſe in ſolidũ in eadem re: vel deberi duobus: vt hic dicitur. A

aut dotis nomine [a] dari ſtipulemur: idque & Iulianus ſcribit. Idem ait [b] etſi Titius & Seius decem, aut Stichum qui [c] Titij ſit, ſtipulati fuerint: non videri eos duos reos ſtipulandi: cum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decẽ debeãtur. [d] quæ ſentẽtia eò pertinet, vt quãuis vel huic vel illi decẽ ſoluerit, vel Seio Stichum: nihilo minꝰ alteri obligatus maneat. [e] ſed dicendum eſt, vt ſi decem altero ſoluerit, ab altero [f] liberetur. [g]

Vnus ex reis credendi lite conteſtata perimit ius alterius. Barto.

XVI. IDEM *libro tertio de Verborum obligationibus.*

EX duobus reis ſtipulandi ſi ſemel vnus egerit: [h] alteri promiſſor offerendo [i] pecuniã, nihil agit. [k]

Videntur heredes in dubio grauari pro portionibus hereditariis. Bartolus.

XVII. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

SIue à certis perſonis heredum nominatim legatum eſſet, ſiue ab omnibus [l] excepto aliquo: Atilicinus, Sabinus, Caſſius, pro hereditariis [m] partibus totum eos legatum debituros aiunt: quia hereditas eos obligat. Idem eſt cum omnes heredes nominantur.

Factum vnius ex reis debendi, nocet alteri. Bartolus.

XVIII. POMPONIVS *libro quinto ex Plautio.*

B EX duobus [n] reis eiuſdem Stichi promittendi factis, alterius factũ alteri quoque nocet. [o]

Si perſona vnius ex reis debẽdi ab obligatione eximitur, alter remanens nõ liberatur: & poteſt illi obligationi fideiuſſor cedere. Bar.

XIX. IDEM *libro trigeſimo ſeptimo ad Quintum Mucium*

CVm duo eãdem pecuniam debent: ſi vnus capitis deminutione exẽptus eſt obligatiõe [p],

a *Nomine.* pro ea quæ eſt, vel futura eſt vxor alicuius noſtrum. nam dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. vt. C. de donat. ante. nupt. l. fin. nec deberi niſi contrahenti matrimonium, ſcilicet vt principali creditori, & ſic non duobus, cum duobus nupta eſſe non poſſit: vt infra titu. j. l. item ſi alter. licet tanquam procurator nomine viri alius poſſit eandem dotem ſtipulari: vt ſupra de iure do. l. ſi mulier. & ita demum contracto matrimonio debetur: vt ſupra de iure do. ſtipulationem. Accurſius.

b *Idem ait.* vt non poſſint fieri duo rei ſtipulandi in ſolidum.

c *Qui.* ſcilicet Stichus.

d *Debeantur.* & ſic proprium eſt in Seio vt ei tãtum alternatiua quæſita ſit ſtipulatio: ſed alteri adquiſita eſt in decem, vt hic dicit, debeantur. & infra ſubiicit, obligatꝰ manet &c. & caue quòd tam in primo caſu legis, quàm hoc ſecundo eſt imparitas in re quæ in ſtipulationem deducitur: cum plus vni quàm alteri quæratur, vel vni ſoli. & ſic ſupra eodem. l. eandẽ. §. ſed & ſi quis. ſecus ſi æqualitas, vt dixi. ſ. eo. l. ex duobus. Et ſic etiam non obſtat ſupra eo. ſi ex duobus. §. fin. quia non fuit ibi rei imparitas, imò æqualitas vſquequo durat peculium. vel ibi perſona promittentis facit imparitatem rei: hic perſona ſtipulantis, vel ſaltem vtriuſque. Accurſius. C

e *Maneat.* ſtricto iure. nam ſi Titio. x. ſoluit, remanet obligatus Seio in Stichum vel. x. Item ſi ſoluit Seio Stichum vel. x. remanet obligatus Titio in. x. nam ex quo non ſunt duo rei ſtipulandi, imparitate impediente: ſolutione vni facta, non liberatur ipſo iure ab vtroque. ex quo enim non ſunt eiuſdem rei ſtipulationes, ergo diuerſarum: & ſic alia. x. Titio, & alia. x. vel Stichus debentur Seio. ſed hoc eſt contra mentem ſtipulantium. & ideo de æquitate dic, quòd ſi. x. vni ſoluit quæ communiter vtrique debebat: ab vtroque liberetur per except. ſed ſi eſſent duo rei, tunc ipſo iure: vt ſupra eo d. l. ij. Sed quid ſi Seio Stichum ſoluit: nunquid à Titio de. x. liberatur? hoc non aperit: ſed poteſt dici idem. nam quæ æquitas eſt vt decem vni ſolutis, ab vtroque liberetur, ſcilicet contrahentium voluntas: hæc eadem eſt ſoluto Sticho Seio: quia hæc fuit voluntas vt ſemel alterum eorum alteri ſolueretur. Item ſi Seio Stichum ſoluat, conſtat eum liberari ob eodem Seio de decem: ergo & à Titio: cum de eiſdem decem de æquitate ſentiat. Ideo autem de Sticho D non repetit, quia dicit decem ſolui alteri: quod dici non poterat de Sticho vt alteri cuiquam eorum ſoluendo, ab altero liberetur. nam non vtrique, ſed alteri tantum poterat ſolui. non. enim ad ſolutionem tantum Titio [a] faciendam de Sticho eſt appoſitus Titius: imò ad obligationem: quæ obligatio cum non poſſit ei quæri, nec ſolui poterit ei: vt. ſ. de verbo. oblig. l. ſi duo rei Accurſius.

a] aliàs Seio.

f *Ab altero.* not: quòd ad hoc vt duo rei ſint ſtipulandi, oportet quòd ſtipulentur rem talem quæ vtrique acquiri poſſit. Azo.

g *Liberetur.* de æquitate. Accurſius.

EX duobus.] CASVS. Titius & Mæuius ſtipulati ſunt à Sempronio. c. de iure ita eſt quòd vni ſoluendo reus ab altero liberatur. ſed ponamus quòd Titius petit, & litem eſt conteſtatus contra Sempronium. poſt hoc iſte Sempronius offert pecuniam Mæuio. an liberetur à Titio? Reſpond. quòd non: quia Titius præuenit litem conteſtando. Franciſcus Accurſius.

h *Egerit.* litem conteſtando &c. ſic & infra de fideiuſſ. ſi reus. &. ſ. eo. l. ij. &. ſ. de procura. l. pluribus. &. ſ. de ſolu. ſi quis ſtipulatus fuerit. x. in melle. &. ſ. de conſti. pecu. idẽ eſt. ij. Idẽ eſt in acceptila. & iureiur. ab vno delato: vt infra de accept. l. & per iuſiurandum. §. fin. & ſupra de iureiuran. l. duobus. ſecus in pacto: vt in argu. contra. ſ. de pac. ſi vnus. j. reſpon. vel ibi ſecundum Azo. forte erant ſocij: hic non. vel ſecundo hic egit vnus, & ſuccubuit: vt argu. ſupra de arbit. ſi duo. vel obtinuit, & exegit, argu. ſupra de pec. l. quotiẽs. §. ſi creditor. Accurſius.

i *Offerendo.* & ſoluendo. Accur.

k *Nihil agit.* quantum ad liberationem.

SIue. Intelligas legem iſtam in appellatiuis nominibus dicendo: lego rem talẽ dandam à primo & à ſecũdo: tertio excepto. vel dixi dãdam à primo. iſto caſu pro partibus hereditariis tenentur. ſecus ſi propriis nominibus appellaſſet. nam tunc viriliter tenerentur. ſi vero ab omnibꝰ excepto vno, vel ab omnibus nullo excepto, tunc nõ viriliter, ſed pro partibus hereditariis tenerẽtur. Accurſius.

l *Ab omnibus.* ſcilicet legatum eſſet.

m *Pro hereditariis.* prout ad primum refertur, eſt contra. ſ. de legat. j. ſi ex toto. §. j. vbi in totum dicit eos teneri. Solu. voluntas teſtatoris hoc facit vt ſint plures rei in ſolidum, vel non: vt quia ibi hoc expreſſit, hic non. vel ibi verbum, dato, bis legitur: vt ſit perfecta conſtructio. & ideo quis in ſolidum tenetur: ſicut econtra cuique debetur ſolidum ſi taliter pluribus eſſet legatũ: vt. C. de cadu. tollend. §. ſi vero non omnes. & ſupra de legat. iij. l. coniunctiro. ſecundum Azo. & eiſdem modis ſolue vt & ſupra eod. l. eandem. in fin. j. reſpon. vel dic quòd in. l. ſi ex toto. dixit teſtator, ab illo vel ab illo. hic vero copulatiue. Item adhuc oppo. ad primum dictum: quia non pro hereditariis, nec in ſolidum, ſed quòd viriliter debeant, videtur: vt ſupra de lega. j. turpia. §. fina. & l. ſi heredes nominatim. quæ ſunt contra. Solu. ſecundum Ioan. Ibi propriis nominibus damnauit heredes: hic appellatiuis: puta duos heredes quos modo nominaui. argu. infra titu. j. l. ſi communis ſeruus ita. & ſupra ad Trebel. l. nonnunquam. Accurſius.

n EX duobus.] CASVS. Tu & ego promiſimus Stichũ Caio. tu illũ Stichum occidiſti. an nihilo minꝰ ego tenear mortuo Sticho? Reſpon. quod ſic: quia factum tuum mihi nocet. hoc verum dicit glo. ſi ſumus ſocij: aliàs non. Fran.

o *Nocet.* ſi ſocij ſunt: aliàs non, ſecundum M. & Io. & ſic non eſt cõtra ſupra de vſur. l. mora. in fin. quæ eſt contra. Alij vt P. dicunt [b] quòd hic mora fuit in faciendo: quia ſeruum promiſſum occidit. ibi in non faciendo. cui ob C. eo. l. fin. vbi de interpellatione dicit quòd nocet: ſed ibi cum executione. Tertij, quòd interuenit hic factum: quia agnouit debitum: vt. d. l. fin. C. eo. non autem mora. Quarti. quòd hic fideiuſſerat vnus pro altero, ibi non.

b] Et male: & ideo dic quòd hic ſunt ſocij: ibi non, ſecundũ Bar.

CVm duo eandem.] CASVS. Pulchra lex: & caſus eius talis eſt: Tu & ego promiſimus. x. Titio. contigit quòd tu propter aliquod delictum captus es & deportatus. tu es liberatus ab obligatione. ſed an ego liberer? Reſpon. quòd non. videbatur contra: quia ſi ſoluiſſes, & eſſes liberatus: ego etiam liberatus eſſem. Sed hoc non obſtat: quia aliud eſt per ſolutionem debiti liberari, quàm per aliquem alium modũ eximi ab obligatione. poſtea concludit dicens ex his quæ dixit, quòd ſi aliquis ſit obligatus, & fideiuſſorem dederit: licet ſibi interdictum ſit aqua & igni, nihilo minus fideiuſſor eius manet obligatus. Fran.

p *Obligatione.* quia deportatus eſt: vt in fin. l. idem ſi maximam capitis demi. eſſet paſſus, vt alter non liberetur: & idem ſi

UNED

minimam:vt ſupra de capi.demi.l.ij.§.hi.
a *Alter*.correus.
b *Non liberatur*.per deportationem: & dic ciuiliter,ſecundum M. vel omnino:vt.j.de fideiuſ.ſi debitori.ij.
c *obligatione*.naturali.Azo.vel dic etiam ciuili, ſcilicet in altero.
d *Tenetur*. pro altero correo qui remanſerat obligat[9]. & ſic ſoluitur cõtra.j.tit.j.ſi debitori. vel ſol.vt ibi in glo.j.ad fi.& fa. infra de ſol.l.ſi.

DE STIPVLAtione ſeruorum.

† De aqua & igni interdictione pulchre Bu. ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. pen.

*Stipulatio ſeruorum proprium titulum deſiderabat nõ propriorũ tantũ,quæ expeditior eſt,ſed cõmuniũ, fructuariorũ,hereditariorũ, & alienorũ qui bona fide ſeruiunt, vt intelligeretur quatenus per eos nobis adquiratur obligatio.Cuia.*

* i. imperſonaliter. Inſtit.eo.

*Cum ſeruus.*] CASVS Sumus in tractatu de ſtipulatione ſeruorũ. quęritur ergo à domino Iuliano, quomodo cõcipiuntur ſtipulationes ſeruorum?& reſpondet quòd non refert an ſeruus concipiat verba ſtipulationis in ſua perſona: vt dicendo, Mæui promittis mihi centum aureos? an vero concipiãtur perſona domini ſui: vt dicendo, Mæui promittis domino meo cẽtum?an vero ſine expreſſione perſonæ domini aut ſuę ſtipuletur:ſicut,promittis dare.c.?quia omnibus his caſibus quęrit̃ domino per ſeruũ. [SI SERVVS.] Seruus meus Stichus bona fide tibi ſeruiebat:quia credebas tuum eſſe: ſimiliter & ipſe credebat ſe eſſe tuum. hic Stichus habebat peculium forte quingẽtorum aureorum.tu mutuaſti Titio ex iſto peculio. c.aureos.iſti aurei remanebunt mei: nec ſeruus ſtipulando tibi, eos tibi adquiret.ego vero potero hanc pecuniam mutuã vindicare à Titio.[SI SERVVS COMMVNIS.] Tu & ego habebam[9] Pamphilum ſeruum communem. hic ſeruus habebat peculium quod ad te pertinebat: ex quo ſeruus noſter pecuniã alicui mutuauit:dicit̃ hic ꝙ hæc pecunia tibi adquirit̃, licet ſeruus noſter nominatim mihi eam ſtipulatus fuerit:nec propter hanc ſtipulationem debitor liberabitur à te: tamen vterque noſtrum habet actionem ad hanc pecuniam.ego quidem ex ſtipulatu: quia ſeruus mihi ſtipulatus eſt. tu vero habes actionem, quia pecunia tua eſt. verumtamen ſi ego petam à debitore hanc pecuniam, ipſe poterit me repellere doli mali exceptione. [QVOD MEVS SERVVS.] Habebam duos ſeruos. Stichum & Pamphilum. Stichus ſtipulatus eſt à Titio centum dari Pamphilo ſeruo meo. iſta ſtipulatio valet: & mihi quæritur actio. Item ſeruus iſte meus Stichus ſtipulatur ſeruo Titij centum dare. certe iſta ſtipulatio non valet: nec Titio actio quæritur ex ſtipulatu.[COMMVNIS SERVVS.] Tu & ego habemus ſeruum communem, Stichum ſcilicet. iſte Stichus ſuſtinet vicẽ duorum ſeruorum:intantum quòd ſi ſeruus meus ſtipuletur aliquid huic ſeruo communi Sticho:hæc ſtipulatio perinde habenda eſt, ac ſi ſeruus meus eſſet ſtipulatus ſeruo meo & tuo, non iſti communi, ſed aliis qui non ſunt communes nobis, ſed cuique noſtrũ proprij. diceret ergo aliquis, ergo iſta ſtipulatio facta ſeruo communi,eſt pro parte vtilis,& pro parte inutilis:ſicut ſuperiori.§.traditũ eſt.Sed reſpon.quòd non eſt inutilis pro parte, imò totum adquiritur mihi: quia ſeruus communis eſt talis naturæ, quòd quando per ipſum vni domino poteſt adquiri, alteri non poteſt: perinde habeatur ac ſi ſeruus eſſet vnius ſolius domini cui acquiritur. [SI FRVCTVARIVS.] Habeo vſumfruc.in ſeruo Sticho, cuius proprietas eſt Titij. à Lomio vicino iſte Stichus ſtipulatur michi vel proprietario Titio. c. aureos.quæritur an proprietarius petere poſſit? Diſtinguitur: aut ſtipulatus eſt ex re fructuarij: & non poteſt proprietarius petere.aut ſtipulatur ex alia re: & tunc proprietarius petere poteſt. Sed & ſi promiſſor ſoluat fructuario, liberabitur. [CVM SERVVS.] Textus ponit caſum in terminis:quem vide.Fran. Accur.

alter[a] non liberatur.[b] multum enim intereſt, vtrum res ipſa ſoluatur,an perſona liberetur. Cum perſona liberatur, manente obligatione[c] alter durat obligatus. & ideo ſi aqua & igni† interdictum eſt,alicuius fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur.[d]

## DE STIPVLATIONE ſeruorum.

### TITVLVS. III.

1. IVLIANVS *libro quinquageſimoſecundo Digeſtorum.*

Cum ſeru[9][e] ſtipulet̃: nihil intereſt,[f] ſibi, an domio, an verò ſine* alterutra eorum adiectione dari ſtipuletur.

Stipulatio inutilis non tollit domino rei vindicationem.Bar.

Si ſeruus tuus qui mihi bona fide ſeruiebat, peculium habuerit quod ad te pertineat:[g] & ego ex eo pecuniam Titio credidero: nũmi tui manebũt.[h] ſtipulando autem mihi ſeruus eandem pecuniã,nihil aget.[i] vindicãdo[k] ergo eam pecuniam tu cõſequi poteris.

Stipulatio facta vni, non tollit certi condictionem ex mutuo alteri adquiſitam. Bartolus.

Si ſeruus communis meus & tuus ex peculio quod ad te ſolũ[l] pertinebat, mutuam pecuniam dederit,[m] obligationem tibi adquiret.& ſi eandem mihi nominatim ſtipulatus fuerit, debitorẽ à te non liberabit:[n] ſed vterque noſtrum habebit actionem: ego ex ſtipulatu, tu quòd pecunia tua numerata ſit: debitor tamen me doli mali exceptione[o] ſummouere poterit.

Quod ſeruus meus meo ſeruo dari ſtipulatur:[p] id perinde haberi debet, ac ſi mihi ſtipuletur.[q] Item quod tuo ſeruo ſtipulatur, perinde ac ſi tibi ſtipulatus eſſet: vt altera[r] ſtipulatio obligationẽ pariat,altera[ſ] nullius momẽti ſit.

Quod vni ex dominis adquirit̃: alteri in ſolidum queri poteſt Bar.

Communis ſeruus,[t] duorum ſeruorum perſonam ſuſtinet. idcirco ſi propri[9] meus ſeruus communi meo & tuo ſeruo ſtipulatus fuerit:[u] idem iuris erit in hac vna cõceptione verborũ,quod futurũ eſſet ſi ſeparatim duæ ſtipulatio-

e *Cum ſeruus*.proprius, non communis: vel in quo quis habet ius.
f *Nihil intereſt*. ſcilicet regulariter. nam ſemper domino quærit: vt infra eodem ſiue mihi. & ſic ſupra de verb. obli.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita ſtipulatus. hoc tamen fallit quando ſe ſtipulatur:vt infra eod. l.ij. &.l.ſi ſeruus communis Mæuij.§.j.item in ſtipulatione operarum:vt infra eodem.l. antepen.item in alio:vt infra eodem ſi ſeruus communis Mæuij.§.ij. item in quarto: vt inſti. eodem.§.ſed cũ factũ. ſed in procuratore diſtinguit Ioan. vtrum domino: & non valet, niſi ſua intereſt:[a] ſicut & ſi cuilibet alij ſtipuletur,an ſibi ſtipuletur: licet nomine domini: & tunc acquirit vtilem domino in caſib[9] quos no.inſt.de inuti. ſtipu. §.ei vero qui. ſecus in tutore & curatore & actore municipum. nã vtiles quærunt cuicunque ſtipulentur: vt.ſ. de conſti. pec. l.cum.§. Iulianus. &.§.ſi actori.Accurſius.

a] Scribe. vtique de iſta glo. exclamãt valde, & reputant ſing. ad hoc quòd ſtipu. nullo modo valet,& nullo adquiritur actio ex ea ſi ſtipulantis nõ intereſt.

g *Pertineat*.ex aduentitia cauſa proueniens.Io.quo ad me. q. d. non ex re mea vel opera ſerui quæſitum.
h *Manebunt*.nec eſt mutuum niſi reconſilietur modis conſuetis. Io.non tamen ſtipulatione:vt ſubiicit.
i *Nihil aget*.quia non ex re mea, vel opera ſua: vt.ſ. de acquir. re.do.acquiritur.§.nõ ſolũ. & facit.ſ. de vſufr.ſed & ſi quis.[b] §. quæſtionis.ſed cõtra.j. eo.ſi vſufructuarij. in fi.ſed ibi expones. Item cõtra.C.ſi cer.pet.l.ij. vbi ſtipulatio reconciliat mutuum: ſed ibi idem qui numerauit,ſibi ſtipulatus eſt.

b] I adhuc.

k *Vindicando*.rei vindicatione, ſi extat.ſi conſumpta eſt,tu condicis ſecũdum quoſdam. ſed tutius imò ego:vt.ſ.ſi cer.pet. nam & ſi fur.Accurſius.
l *Ad te ſolũ*.quod quãdoque cõtingit:vt.ſ.de pecu.l.quis ergo.
m *Dederit*. nomine tuo:aliàs acquirit vtrique, licet ꝑ cõditionẽ ſine cauſa,vel alia actione reddatur:vt.j.e.l.ſi ex re.§.j. &.l.pen.
n *Non liberabit*.quia conditionem tuam deteriorem non potuit facere.
o *Exceptione*. ne bis idẽ exigat̃.ſed certe imò magis ego ſtipulator debeo admitti:vt.j.de noua.l.ſi ita.§.ſi.&.l.ſeq.quæ ſunt contra. ſed ibi qui numerabat, ſtipulatur ſibi. vbi diſtinguitur: incontinenti.vel ex interuallo.hic alterius nomine numerat,& alteri ſtipulatur:& alteri,non ſibi numeranti.
p *Stipulatur*.ab extraneo.Azo.
q *Stipuletur*.ſeruus meus,repete.Azo.
r *Vt altera*.prima:vt.j.eo.ſiue.Accurſius.
ſ *Altera*.ſcilicet ſecunda:vt.j.eo.ſeruus alienus.&.ſ. titu.ij.ſtipulatio iſta.§.alteri.
t *Communis ſeruus*.ſub.quo ad quid,& quo ad quid nõ:vt in hoc ſ.patet.ſed in libero vix hoc inuenitur: vt.ſ. de pact. l.ſi plures. quę eſt ar.contra.reperitur tamẽ quãdoque:vt.ſ.de adop.l.iij.& iiij.ADDITIO. Pro ſolu.diſtingue ſecundum Bar. ſic, ꝙ quandoque habetur reſpectus ad ſubſtantiam perſonæ: & tunc tantũ poteſt ſuſtinere perſonã vnius: vt.l.ſi plures.ſ.de pac. aut habetur reſpectus ad officium: & tunc aut ſunt officia repugnãtia: & nõ poteſt vicem plurium perſonarum ſuſtinere,vt. l. hi qui.ſ.de poſtu &. l.quiſquis. C.eod.titu. &.l.nemo. C. de aſſeſ.aut non ſunt officia repugnantia: & poteſt:vt.l.iij.ſ.de adop.
u *Stipulatus fuerit*.ab extraneo. Accur.

Mei

UNED

nes cōceptę fuiſſent, altera in perſonā mei ſerui:[a] altera in perſonā tui ſerui.[b] neque[c] exiſtimare debemus partem dimidiā tātùm mihi adquiri, alterā partē nullius eſſe momenti: quia perſona ſerui communis eius conditionis eſt, vt in eo quod alter ex dominis poteſt adquirere, alter nō poteſt, perinde habeatur ac ſi eius ſoli⁹ eſſet, cui adquirēdi facultatē[d] habeat.

Alternatiua inter perſonas quibus æqualiter poteſt quæri, vitiat ſtipulationem. ſed ſi alteri tātum quæri poteſt, alius habebitur vt adiectus. Bart.

Si fructuarius ſeruus ſtipulatus eſſet fructuario aut proprietario:[e] ſi quidem ex re fructuarij[f] ſtipulatus eſſet, inutilis eſt ſtipulatio:[g] quia vtriq; ex re fructuarij actionē adquirere potuiſſet.[h] ſed ſi aliud[i] ſtipulatus fuiſſet, proprietarium petere poſſe: & ſi promiſſor fructuario ſoluiſſet,[k] liberatur.

Si ſtipulatio principalis confertur in perſonam vnius, pœnalis in perſonam alterius: prima per pœnalem non nouatur ipſo iure: ſed ope exceptionis perimitur. B.

C Cum ſeruus communis Titij & Mæuij ſtipulatur in hūc modum, *Decem kalendis Titio dare ſpondes? ſi decem kalendis Titio non dederis, tunc Mæuio viginti dare ſpondes?* duæ ſtipulationes eſſe videntur, ſed ſi kalendis decem data non fuerint, vterque[l] dominus ex ſtipulatu agere poterit:[m] ſed in ſecunda obligatione Mæuio promiſſa,* Titius exceptione[n] doli ſummouebitur.

Inter eum qui ſibi ſtipulatur, & rem in ſtipulationem deductam, debet eſſe diuerſitas. Bartolus.

II. VLPIANVS *libro quarto ad ſabinum.*

B SEruus cōmunis ipſe † ſibi ſtipulari non poteſt,[o] quamuis conſtaret eum ſe ſtipulari domino poſſe.[p] Non enim ſe domino adquirit, ſed de ſe obligationem.

III. IDEM *libro quinto ad Sabinum.*

SI ſeruus reipublicæ vel municipij vel coloniæ ſtipuletur: puto valere[q] ſtipulationem.

Generalis promiſſio refertur etiam ad eum cui poſtea ſpecialiter eſt promiſſa. Bar.

IIII. IDEM *libro vicenſimoprimo ad Sabinum.*

C SI ſeruus communis ſibi & vni ex dominis ſtipuletur, perinde eſt ac ſi omnibus dominis & vni † ex his ſtipuletur: veluti Titio[r] & Mæuio,[ſ] & Titio: & probabile eſt vt Titio dodrans,[t] Mæuio quadrans debeatur.[u]

a *Mei ſerui.* & hæc eſt vtilis: vt. ſ. proxi.

b *Tui ſerui.* & hæc eſt inutilis: vt. ſ. proxi. §.

c *Neque.* licet quo ad prædicta vicem duorum ſuſtineat: non tamen quo ad omnia: vt ſubiicit.

d *Facultatem.* not. ergo regulā hanc: vt hic, &. j. eod. l. proinde. §. fi. & l. ſeq. & ſ. de auct. tu. ſi ſeruus communis. Sed contra. huic. §. in. l. proinde. §. ſi ſeruus. in prin. j. e. Sol. hic ab extraneo: ibi ab vno dominorum ſtipulatur.

e *Aut proprietario.* alternatiue. nam nominatim etiam ex re fructuarij poteſt proprietario ſtipulari: vt. j. eo. ſeruum fructuarium. licet reddatur per conditionē ſine cauſa: vt. j. eo. l. pen.

f *Ex re fructuarij.* idem ſi ex opera, cum operæ ex re eſſe videantur: vt ſ. de acquiren. re. do. l. qui bona. in prin.

g *Inutilis eſt ſtipulatio.* propter incertitudinē: & omnino vt infra eo. l. item ſi ſeruus. §. fin. & quatuor ſeq. & infra de ſol. qui res. §. ſi ſeruus. Alij dicunt inutilem in perſona ꝓprietarij: ſed quantum ad vſumfru. tenet: vt probatur per finem huius. §. & in totum tenet. ſed tunc cōtra. ſunt dictæ. ll. j. eod. Sol. ibi non ex re domini alicuius: hic ex re fructuarij.

h *Adquirere potuiſſet.* aliàs eſt non potuiſſet: & tūc plana. aliàs deeſt non: & tunc potuiſſet, ſcilicet alias: nō autem hoc caſu. vel potuiſſet, id eſt poſſibile eſt, ſcilicet ſi nominatim ex re fructuarij ſtipularetur proprietario: vt. d. j. eo. ſeruum fructuarium. ſed ſi eſſet aliunde ſtipulatus proprietarius, peteret: vt ſubiicit, &. j. eodem. l. ſi ex re. Accurſius.

i *Si aliud.* quod non eſſet ex re fructuarij.

k *Soluiſſet.* ſcilicet quod aliunde eſt ſtipulatus. & ſic ad proximum dictum refertur, in quo eſt quaſi adiectus: vt & infra eod. ſi ex re. vel. dic quo ad primum. & ſic colliges primo caſu quòd tenuit ſtipulatio quo ad fructuarium: vt modo notaui.

l *Vterque.* Sed quare prima non quæritur vtrique ſicut ſecunda? Reſpondeo: quia ſecunda videretur acquiri tantum Titio. quia deſcendit ex prima. econtra quòd tantum Mæuio: vtputa nominato. ſic ergo nec mihi nec tibi, ſed diuiditur de rigore.

m *Poterit.* vnus ad decem, & alter ad viginti. & hoc de ſtricto iure ſecus de æquitate: vt ſubiicit.

n *Exceptione.* non autem ipſo iure. & hoc ideo, quia in perſona dominorum conceptæ fuerunt ſtipul. alioquin ipſo iure prior eſſet nouata: vt in contrario ſupra de actionibus & obligationibus. l. obligationum fere. §. fi. quia ſeruus non habet ius nouandi, cum domini conditionem deteriorem faceret: vt. j. de regu. iur. l. melior.

o SEruus communis. *Non poteſt.* dicendo vni dominorum, promittis me mihi? ſed ſi promittis me alij domino, valet, dicet quis: & hoc eſt tale quale ſi ſibiipſi ſe ſtipuletur. nam partē ſerui quam habet dominus cui ſtipulatur, adquirit ſibi, & adiūgit ſibi partem promittētis, & per eum alteri domino. perinde ergo eſt ac ſi ſibi dixiſſet. Reſpon. non eſt verum: immo immediate pars acquirentis acquirit obligationem partis promittentis. &. h. d. quod ergo dici nō poteſt. ſcilicet vt acquiratur vni domino ab altero: nec etiam ab extraneo ſtipulando ſe ſibi: eſt ratio naturalis & ciuilis. prima, quia impoſſibile eſt vt aliquid poſſit dari ſibiipſi. nam nemo etiam liber, eſt dominus ſui: vt. ſ. ad. l. Aquil. l. liber homo. at dari videtur, quod fit accipientis: vt inſti. de act. §. appellam⁹. multo minus ergo ſeruus poteſt ſibi dari. vel ſolui, vel acquiri. & ſic eſt hic ratio ciuilis: quia ſeruus nil habet. & ad hoc. C. ſi ſeruus extero. l. j. in princ. Si verò ali cui res dari poteſt: licet nō etiam facto libero. vt in ſeruitute ad fundum domini: valet ſtipulatio: vt. j. e. ſi ſeruus cōmunis meus. ſed non legatū: vt. ſ. de ſerui. leg. l. & ſi maxime. & fa. j. e. ſi ſeru⁹ communis Mæuij*. §. j.

* comiſſa. a] meus.

p *Domino poſſe.* alteri ſcilicet ab altero: quia pro parte vna domino partis dari poteſt: pro ea ſcilicet parte pro qua non eſt dominus. Item eſt contra. huic. l. ſ. eo. l. j. in prin. ſed illud regulariter. vt ibi dixi.

† Videtur hîc addenda particula ſe, vt legamus ſe ſibi ſtipulari non poteſt, vt verba ſequentia monent.

SI ſeruus.] CASVS. Reſpublica alicuius ciuitatis municipij vel coloniæ ſi habeat ſeruum communem: ille ſeruus poterit ſtipulando acquirere reipub. municipio, vel colonię. Franciſcus.

q *Valere.* licet ipſa vniuerſitas non facile ſtipuletur: quia non facile conſentit: vt. ſ. de acqui. poſſeſ. l. j. §. fin. & l. ſeq. & hic erat hæc dubitatio.

SI ſeruus.] CASVS. Tu & ego habemus ſeruum communē Stichum. iſte ſeruus ſtipulatur ſibi & tibi nominatim. certe perinde eſt ac ſi omnibus dominis & vni nominatim ſtipuletur: quaſi ſi ſeruus ſic dixiſſet: promittis dominis meis. c. & Titio nominatim. & hoc eſt commodum eius cui nominatim ſtipulatur: quia tres partes habebit eius quod deductum eſt in ſtipulationem: alter autem dominus tantûm quartam partem habebit. vide glo. ſub verbo dodrans. Franciſcus.

† Colligit hic Bartol. quòd generalis promiſſio refertur ad ſpecialē poſtea ſubſecutā. quod limitabis, niſi ſpeciale illud ad qđ refertur, eſſet aliàs ꝓhibitum: per l. voluntas. in fin. C. de fideicom.

r *Titio.* nominatim. Accur.

ſ *Mæuio.* ſine nomine.

t *Dodrans.* aliàs deeſt Titio: ſubaudi. habet enim Titius dimidiam ſtatim tanquam nominatus. Item dimidiam alterius dimidiæ: quia eſt vnus de duobus dominis: & idem in ſuperiori caſu, quando ſibi & Titio. Sed contra ſupra eodem. l. j. §. communis. in fin. ſed reputatur vnius ſolius eſſe, cum ei ſoli acquirendi facultatem habeat, vt ibi dicit in exemplo. Item contra. C. de lega. l. cum quæſtio. §. fin. vbi repetitio teſtatoris nil operatur. ſed illud in vltima voluntate: hoc inter viuos in contractibus. vel illa corrigit. vel verius propter repetitionem legati vel promiſſionis non quæritur amplius ex voluntate teſtatoris vel promittentis, ſed propter conditionem perſonæ quæ ſtipulatur: vt quia eſt ſeruus. vnde in acquirendo poteſt vnius dominorum conditionem facere meliorem: vt infra. l. proxi. §. fi. vel ſol. vt ibi. ADDITIO. Tu dicas aliter, quòd quando ſunt plures nominationes vniformiter, & per eundem modum. nil releuat: ſecus ſi non vniformiter, vt hic ſecundum Bar. poſt Oldra.

u *Debeatur.* in vtroque caſu: cum idem ſit.

SEruus communis.] CASVS. Quæritur à domino iuriſcō. qualiter ſeruus cōmunis cēſetur eſſe duorū dominorū: & pro quibus partibus? Reſpōdet iuriſcō. ꝙ ſeruus cōmunis cenſetur eſſe cōmunis duorū pro partibus indiuiſis: nō ꝙ quilibet domin⁹ poſſit dicere ſeruū ſuum totum: quæ tamen partes magis intellectu quàm ſenſu percipi poſſunt. & ideo ſi ſeruus communis ſtipula-

tur dominis ſuis: concurrunt in æquales partes rei quæ deducta eſt in ſtipulationem.[LICET AVTEM.] Item ſeruus communis Titij & Mæuij poteſt vni dominorũ ſoli adquirere:nominatim ei ſtipulando ſic promittis Titio domino meo? vel rem aliquam per traditionẽ accipere nomine vnius domini. Quid autẽ erit?iſte ſeruus communis non ſtipulatur nominatim vni dominorum,tamen vnus dominus iuſſit eum ſtipulari ſibi:an illi ſoli quæritur? Reſpon. quòd ſic. Legem ſequen. continua cum iſta. Fran.

a *Adquirit*. vt. j. l. p. xi. Accurſius.

b *Omnibus*. vt. ſ. de poſi. l. j. §. non ſolum. verſi. ſi duorum. &. j. l. proinde. &. ſ. de adqui. re. do. l. communis ſeruus. & hoc niſi propria nomina dominorũ ponat. quod dic vt not. j. eo. l. ſi cõmunis ſeruus ita ſtipuletur. Itẽ fallit quod hic dicit, quando vni tantum poteſt quæri: vt. ſ. l. j. §. communis. in fin. §. & pro ſocio. l. verum. §. ſi ſeruo.

c *Habent*. ſ. adquirit.

d *Licet*. i. licitum eſt.

e *Ei*. ſcilicet ſeruo.

f *Iuſſu*. ſed vbi vnus iuſſit & aliũ nominat: ſi res pertinet ad iubẽtem, ei quærit: ſi ad nominatũ, ei quærit: ſi ad neutrum, præualet nominatio: vt. C. per quas perſo. l. ſi duo. ſecũdũ l. vel dic ſecũdũ Azo. vt ibi no. A.

g *Dominorum*. ſ. ſtipuletur, & ſimpliciter.

h O *Filius*. facit. ſ. l. proxi. in fi. j. reſpon. &. §. ſed & ſi non.

P *Roinde*.] CASVS. Iſta lex continuatur ad ſuperiores duas proximas. vbi dicebatur ꝙ ſerui adquirunt dominis ſi iuſſerint ſtipulari. in hac ponit alia exẽpla: quæ clara ſunt in textu. [SI SERVVS COMMVNIS.] Quatuor erant qui habebant ſeruũ cõmunẽ, Titius, Mæuius, Seius, & Sempronius: & ſunt æquales in portionibus. iſte ſeruus ſtipulatur ſic: here Titi promittis. c. dare Mæuio domino meo? ille promittit. certe huic ſoli Mæuio adquiruntur iſta. c. Si autem ſeruus iſte ſtipuletur hoc modo ab vno dominorũ: here Titi promittis dare dominis meis. c? tunc cuilibet dominorũ adquiritur ꝓ portione quã habet in ſeruo: ita vt cuilibet adquirantur. xxv. &, xxv. remaneãt apud dominũ qui promiſit iſta. c. Idẽ eſt ſi iuſſu vnius domini ſtipuletur: quia ſoli ei adquirit, ac ſi ei ſoli ſtipulatus eſſet. [INTERDVM.] Dictũ eſt. ſ. qualiter ſeruus communis dominis adquirit pro portionibus: aliquãdo vni ſoli. ſ. ſi ille tantum ſtipulatus ſit, vel ille ſolus iuſſerit. In hoc. §. dicit iuriſcõ. hoc euenire poſſe, vt vni ſoli domino quæratur etiã ſi non iuſſerit, neque ei nominatim ſtipulatus ſit. & ponit exẽplũ, veluti cum tu & ego haberemus ſeruũ communem: iſte ſeruus ſtipulatus eſt ſeruitutem ad fundũ meũ. certe mihi ſoli adquiritur iſta ſeruitus: quia fundus meus eſt, & nõ tuꝰ. aliud exemplũ eſt in. l. ſeq. & in prin. l. ſeq. quare ſequitur. §. Sed & ſi Seruus Titij & Mæuij ſtipulatus eſt hoc modo: Dabis. c. Titio domino meo. aut Mæuio domino meo? an talis ſtipulatio valeat? Reſpon. ꝙ non: quia incertum eſt cui dominorum adquiratur. h. d. etiam cum. l. ſeq. Fran.

Ex ſtipulatione ſerui communis adquirit dominus pro parte dominica: niſi fuerit vnus nominatus vel iubens. idem in aliis adquiſitionibus. Bartolus.

V. IDEM *libro quadrageſimo octauo ad Sabinum*.

2 SEruus cõmunis ſic omniũ eſt, nõ quaſi ſingulorũ totus, ſed pro partibus vtrique indiuiſis: vt intellectu magis partes habeant, quàm corpore. & ideo ſi quid ſtipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit:[a] omnibus[b] adquirit pro parte qua dominiũ in eo habent.[c] Licet[d] autem ei[e] & nominatim alicui ex dominis ſtipulari, vel traditam rem accipere, vt ei ſoli adquirat. Sed ſi nõ nominatim domino ſtipuletur, ſed iuſſu[f] vnius dominorum:[g] hoc iure vtimur, vt ſoli ei adquirat, cuius iuſſu ſtipulatus eſt. B

VI. POMPONIVS *libro viceſimo ſexto ad ſabinum*.

OFilius[h] rectè dicebat, & per traditionem accipiendo, vel deponendo, commodandòque poſſe ſoli ei adquiri, qui iuſſit. quæ ſentẽtia & Caſſij & Sabini dicitur.

VII. VLPIANVS *libro quadrageſimooctauo ad Sabinum*.

PRoinde & ſi quatuor fortè dominos habuerit, & duorum iuſſu ſtipulatus[i] ſit: his ſolis adquiret, qui iuſſerũt. magiſque eſt vt non æqualiter, ſed pro portione dominica totum[k] eis adquiratur. Idem puto & ſi nominatim eis ſtipulatus eſſe proponatur. nam & ſi[l] omnium iuſſu ſtipulatus ſit, vel omnibus nominatim:[m] non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus,[n] non pro virilibus adquirere.

Qui ſtipulatur ab vno ex dominis: ſi alteri nominatim, vel iubenti, valet ſtipulatio in totum, vel pro portionibus dominicis aliorum. Bartolus.

Si ſeruus communis ab vno ex ſociis ſtipulatus ſit: ſi quidem nominatim alteri ſocio, ei ſoli[o] debetur. ſin autem ſine vlla adiectione[p] purè ſtipulatus ſit, reliquas partes is ſeruus cæteris ſociis præter eam[q] partem ex qua[r] promiſſor dominus eſſet, adquiret. Sed ſi iuſſu vnius ſocij[ſ] ſtipulatus eſt: idem iuris eſt, quod eſſet ſi eidem illi ſocio nominatim[t] dari ſtipulatus eſſet.

Quod vni nõ poteſt quæri: quæritur alteri cui poteſt. Bar.

Interdum etiam ſi neque iuſſu, neque nominatim alteri ex dominis ſtipularetur: ei tamen ſoli adquirere[u] eum, Iuliano placuit: vt puta ſi quid forte ſtipulet' quod vtrique adquiri non poteſt: veluti ſeruitutem ad fundum Cornelianum ſtipulatus eſt, qui fundus Sempronij erat. i. alterius ex dominis, ei ſoli adquirit. C

VIII. GAIVS *libro ſingulari de Caſibus*.

ITem ſi alter ex dominis vxorẽ ducturus ſit, & huic ſeruo[x] dos promittatur.

IX. VLPIANVS *libro quadrageſimooctauo ad Sabinum*.

ITem ſi ſeruus duorum Titij & Mæuij, hominem qui Titii erat, ſtipulatus fuerit:[y] ei ſoli[z] adquirit, cuius non fuit. Sed

i *Stipulatus*. ſ. ſimpliciter.

A k *Totum*. vt &. ſ. ſi ſeruus cõmunis. ſed pone tres eſſe dominos, vnus habet in ſeruo tertiam, alius quartam, & alius ſextam. cum hæc omnia non faciant totum, ergo nõ totũ adquiritur. ſed dic totũ. ſ. quod adquirit. hoc autẽ eſſe potuit, ſi alter dominus habuerat pro derelicto, vel deceſſerat ſine herede, nec erat adhuc capta ea pars.

l *Nam & ſi*. bene dico niſi nominatim, nam &c. & ſic eſt ar. de toto ad partem, vt not. ſ. de vſur. l. qui ſcit. in prin. Accurſius. Argumentum de toto ad partem, an procedat: & an de par te ad totum.

m *Nominatim*. id eſt expreſſim: ita. ſ. omnibus dominis meis. vel etiã expreſſis nominibus propriis: ita tamen ꝙ præcedat apellatiua niſi ſic exponeres, eſſet contra. j. eo. ſi communis ſeruus ita. in prin.

n *Portionibus*. ſcilicet dominicis.

o *Ei ſoli*. ſcilicet nominato: vt &. ſ. de vſufruct. l. ſed ſi quis. §. ſeruus fructuarius. &. j. de accept. l. an inutilis. §. ſeruus cõmunis. verſi. accepto.

p *Vlla adiectione*. ſcilicet domini.

q *Præter eam*. id eſt quotam: puto dimidiã, vel tertiam. Accurſius.

r *Ex qua*. i. quota, ſecundum Io. vel dic ex qua facere ſimplicem relationem, vt partem, ad rem adquiſitam: & qua, ad partẽ ſerui referatur. nam quam partẽ habeat in ſeruo, eandem in re promiſſa retinet: ſtipulatione quãtum ad partem habita pro nulla. ſed videtur quòd vni adquiri non poteſt, vt totum aliis quæratur: vt infra eo. l. item ſi ſeruus. ij. reſp. ſed illud de his quæ adquiruntur, hic nõ quæritur pro parte promittentis. vel retentio habetur loco adquiſitionis. & ſic non ob. Item cõtra. ſ. pro ſocio. l. verum. §. ſi ſeruo communi. Sed aliud in legato relicto ſeruo cõmuni ab vno ex dominis, cum liberalitas large interpretãda ſit: quàm hic in ſtipulatione quæ nõ eſt ex cauſa liberalitatis. vel ibi contemplatione ſocij reliquit. & eodem modo ſolu. ſ. de conditio. & demon. l. qui heredi. §. fina. & ad leg. Falci. l. Plautius. vel plene dic vt in. d. l. verum. pro ſocio. D

ſ *Socij*. vt. j. reſpon. huius. §.

t *Nominatim*. aliàs vel nominatim. vel pro etiam. ſed in Piſa. co. non habetur.

u *Adquirere*. immo nulli: vt. ſ. de ſer. le. l. & ſi. maximè teſtamenti factio. ſed aliud in legato quod ſeruo relictũ ita demum valet, ſi eo facto libero poſſet valere: vt. ſ. de lega. ij. debitor. §. fin. ſed ei libero cum non haberet fundum, non poſſet ei ſeruitus legari vel adquiri. & facit. j. eo. ſi communis ſeruus.

*SI vſufructuarij.* ] CASVS. Habeo vſumfr. in ſeruo Sticho. iſte Stichus ſtipulatur nõ ex re mea: aut ex operis ſuis. certe nõ quęrit mihi, ſed domino proprietario ipſi[?] ſerui. Aliud eſt ſi nominatim ſtipulatus ſit ſeruus: quia tunc nec domino ipſius quæritur. Fran.

i *Non ſolet his.* vt extra rem & operam : vt. ſ. de acquirendo rerum domi.l.acquiritur.§.de his.&.l.homo liber.§.quicquid.

k *Dicetur.* quia tunc non valet ſtipulatio etiam quo ad dominum verum : vt.ſ.l.proxi.&.ſ.eo.l.ȷ.§.ȷ.

l *In ſtipulatione.* facta extra rem & operam.

*SI cum duorum.* ] CASVS. Tu & ego habemus vſumfru. in ſeruo Sticho : iſte ſeruus ſtipulatur mihi nominatim ex re quæ eſt communis tibi & mihi. certum eſt quòd mihi promiſſor eſt obligatus. ſi autẽ res deducta in ſtipulatum ad me perueniat, tenebor tibi reſtituere partem tuam actione communi diuidundo. Fran.

m *Nominatim.* Quid ſi non nominatim? pro parte acquiritur domino : vt.ſ.de vſufruct.l.ſed & ſi quis.§.ſi duos.Io. quæ eſt contra.& pro parte illi ex cuius re ſtipulatus fuerat. vel ibi ex re vnius poſſeſſoris tantum, hic vtriuſque. vel dices hic acquiri domino pro parte. & quòd ſubiicit hic ſoli nominato acquiri : dic ſecundum Azo. non in ſolidum, ſed pro parte dimidia : & eandem dimidiam communicare tenetur : quia non poteſt intelligi ex ſua tantum re vel opera magis quàm ſocij fieri ſolutionẽ: vt.ſ.de leg. ij.l.cum pater.in prin. Azo. & nihilo minus dominus vtriq; poſſeſſori tenetur, arg.ȷ.eo.l.pen. ſed videtur contra.huic.l.ſ.eo.l.& ſi duorum. Solu. ibi ex operis, hic ex re poſſeſſoris. quod non placet : vt.ſ.de acquir. rerum domi.l.qui bona.in princip. Dic ergo quòd ibi inſpecto exitu. & eodem modo reſpon. ad.l.ſ. eod. l.ſi alienus.& ad.l.ſ.eo. de adquirẽ.rerum domi.l.qui bona fide.§.ij.

n *Ad vtroſque.* puta ex operis, vel locãdo domum communem.

o *Vſuarius.* id eſt fructuarius : ſed aliàs eſt cenſuarius, & exponitur eodem modo. de vſuario autem dic vt.ſ.eo.l.eadem.

p *Quoniam.* & videbatur quòd non, quoniam &c.

q *Communio.* id eſt ꝙ de iure cõmuni diuidi poſſit directo. Vſusfructus enim diuidi non poteſt: quamuis fructuũ percipiẽdorum diuidatur vtilitas vtili iudicio cõmuni diuidundo, ſecundũ R. vt hic. & ſic pro parte vtimur: vt.ſ.de vſu & ha.l.vſus pars. vel ſecundum Io. nulla eſt cõmunio: quia nullũ vſumfructũ habent communẽ: ali[us] eſt enim in perſona vnius, & alius in perſona alterius: quod patet : quia vnõ mortuo eius vſusfr. ſit alterius iure accreſcendi: quod in proprietate nõ fit omnino : vt.ſ.de vſufru.ac.l.ȷ.§.ſi. vel dic ꝙ nulla cõmunio iuris, id eſt vſusfr. ſupple talis qui poſſit diuidi, vel directũ iudiciũ cõmuni diui. dari. Eſt enim vſusfruct[us] ius vtẽdi: & ita quoddã ſimplex indiuiſibile : licet vtilitas percipiendi diuidatur, vt dixi, & probatur.ſ. cõmuni diui.l. cõmuni diuidundo.ȷ.§. cum de vſufr. ſed in dominio ſecus. nam talis eſt ibi cõmunio quę poteſt diuidi. Vltimo quæro, quomodo vni fructuariorũ nominato totũ quæritur : cũ ſit extra ſuã rẽ, & ſerui operã: Reſp. dicitur ex re ſua, cũ eſt ex ſimili re : id eſt confructuarij. & hæc eſt ratio etiam quare magis ex re fructuarij quàm domini, vel extranei. Eſt & alia ratio: quia quod ex re domini vel extranei eſt, tantũ domino: quod ex re fructuarij, poteſt fructuario quæri & domino. ergo & ex re confructuarij alij fructuario.

Vſusfructus eſt indiuiſibilis, licet vtilitas illius diuidi poſſit: & quid ſit vſusfru.

Si ſeruus vni ex fructuariis ſtipuletur nominatim ex re quę pertinet ad vtrumque, ei ſoli quærit. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro nono ad Plautium.*

SI cum duorum vſusfructus eſſet in ſeruo, & is ſeruus vni nominatim [m] ſtipulatus ſit ex ea re quæ ad vtroſque [n] pertinet: Sabinus ait, quoniam ſoli obligatus eſſet, videndũ eſſe quemadmodum alter vſuarius [o] partem ſuam recipere poſſit : quoniã [p] inter eos nulla communio [q] iuris eſſet. Sed verius eſt vtile cõmuni diuidundo iudicio inter eos agi poſſe. [r]

XXXIII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

SI liber homo, vel alienus qui bona fide ſeruit, ex re alterius [ſ] iuſſu poſſeſſoris ſtipuletur : [t] Iulianus ait, liberum quidem ſibi adquirere, ſeruum vero domino : quia [u] ius ſuo domino cohæreat. Si duo rei ſtipulandi vſumfructum in ſeruo habeant, vel quibus bona fide ſeruiebat, & iuſſu vnius à debitore ſtipuletur: ei ſoli [x] adquirit.

r *Agi poſſe.* facit.ſ.eo.l.ſi ex re.§.ȷ.

*SI liber homo.* ] CASVS. Pamphilus liber homo, vel Stichus alienus ſeruus ſeruit mihi bona fide. ego iubeo ei vt ſtipuletur mihi ex re alterius, puta Titij. certẽ ſi Pamphilus ſtipuletur qui eſt liber, ſibi acquirit. [SI DVO REI.] Eramus duo rei ſtipulãdi tu & ego habemus vſumfr. in vno ſeruo : vel ille ſeruus nobis bona fide ſeruit. accidit ꝙ iuſſu meo ille ſeruus ſtipulatur à debitore. c. certe ipſe mihi acquirit obligationem : quia ego iuſſi eum ſtipulari à debitore. certe ipſe acquirit mihi, non correo meo. Franc.

ſ *Alterius.* extranei. & ſic non ſunt contra.ſ.de vſufru.l.ſed & ſi quis. [a] §.ſi duos.ibi, quòd ſi nominatim, &c. &.ſ.de acquirend. rerum domi.l.qui bona.§. ſi quis. verſic. ſed & ſi adiiciat. quæ dicunt poſſidenti nominato quæri. nam intelliguntur quòd ex re nominati vel alterius poſſidentis quæritur: ſecus ſi ex re extranei. & pro hoc quod nota. modo ſupra.l.proxi.in fine. Alij dicũt quòd hic de æquitate, ille de rigore. Accurſius.

a] l.ſi ſeruo.

t *Stipuletur.* ſimpliciter, vel ſibi. aliàs contra : vt.ſ.eod.l.ſeruus alienus.&.l.ſequen.in fine.

u *Quia ius ſuo.* ius ſcilicet ſtipulationis. Accurſius.

x *Et ſoli.* vt iam alij non poſſit ſolui : vt argu.ſ.de conſtit.pec.l. idẽ eſt. Et eſt ratio: quia ex re ſua videtur quærere, cum tota obligatio erat ei quæſita: ſed tenebitur alteri, arg.ȷ.eo.l.penult.

*SI ſeruus.* ] CASVS. Titius moriens inſtituit duos heredes, Titium ſcilicet & Mæuium : & Stichum ſeruum ſuum qui non erat pręſens, manumiſit. Stichus iſte ignorãs ſe manumiſſum eſſe, ſtipulatus eſt.c.heredibus Titio & Mæuio: qui ſciebant eum eſſe teſtamẽto manumiſſum. vtrum ſtipulatio acquiratur heredibus? Reſpon. quòd non : quia poſtquam ſciuerunt eſſe manumiſſum, non potuit dici ſeruus eorum : & ſic eis non potuit acquirere. videbatur contra : quia ſi emo hominem liberum, & ille mihi bona fide ſeruit, acquirit mihi ſtipulando. Sed hoc non obſtat: quia in hoc caſu cum liber homo venditur bona fide, conſenſus concurrit ab vtraque parte, ſcilicet ab emptore, & à ſeruo. ſed hoc caſu non erat conſenſus ſerui aliquis : cum ſe ignoraret manumiſſum teſtamento. Vltra dicit in textu, quòd non ſolum non videtur ſeruire iſte ſeruus ſic manumiſſus : imò nec ipſi heredes videntur eum poſſidere, cum ſciant eum eſſe liberum. Franc.

*Manumiſſus.*

Liber homo non quærit malæ fidei poſſeſſori. Bar.

XXXIIII. IAVOLENVS *libro ſecundo ad Plautium.*

SI ſeruus teſtamento manumiſſus,[a] cum ſe liberum eſſe ignoraret, & in cauſa hereditaria maneret, pecuniam heredi ſtipulatus eſt:[b] nihil debebitur heredibus, ſi modò ſcierint[c] eum teſtamento manumiſſum:[d] quia non poteſt videri iuſtam ſeruitutem ſeruiſſe iis qui illum liberum eſſe non ignorabant.[e] B Diſtat * iſta, cauſa eius[f] qui liber emptus, bona fide ſeruit: quia in eo & ipſius & emptoris exiſtimatio conſentit. cæterùm is qui ſcit hominem liberum eſſe, quamuis ille conditionem ſuam ignoret: ne poſſidere[g] quidem eum poteſt videri.

XXXV. MODESTINVS *libro ſeptimo Regularum.*

SEruus hereditarius[h] & heredi futuro[i] & hereditati rectè ſtipulatur.[k]

Stipulatio ſerui qui non habet dominum, non valet. Bar.

XXXVI. IAVOLENVS *libro quartodecimo Epiſtularum.*

C QVod ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti:[l] quia qui pro derelicto rem habet, omnimodo à ſe reiecit:[m] nec poteſt eius operibus † vti, quem eo iure ad ſe pertinere noluit. Quòd ſi ab alio adprehenſus[n] eſt, ſtipulatione[o] ei adquirere poterit. nam & hæc genere quodam donatio eſt.[p] Inter hereditarium enim ſeruum, & eum qui pro derelicto habetur, plurimum intereſt: quoniam alter hereditatis iure retinetur:[q] nec poteſt relictus videri, qui vniuerſo hereditatis iure continetur: alter voluntate domini derelictus, non poteſt videri ad vſum eius pertinere, à quo relictus eſt.

Si propria nomina exprimātur, vocantur domini in viriles. ſi appellatiua, vocantur in dominicas. ſi vtraque exprimantur, in dubio inſpicitur quod præcedit. Bartolus.

XXXVII. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

SI communis ſeruus ita ſtipularetur: *Lucio Titio & Gaio Seio*[r] *dari ſpondes?* qui ſunt domini illius:[ſ] pro virilibus[t] partibus eis ex ſtipulatione debetur. Si verò[u] ita: *Dominis meis*[x] *dare ſpondes?*[y] pro parte qua[z] C domini eſſent. Si vero[a] ita: *Lucio Titio, & Gaio Seio dominis meis dare ſpondes?*[b] dubitaretur vtrúmne viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur. & intereſſet,[c] quid cuius demonſtrandi gratia[d] eſſet adiectum, & quæ[e] pars eius ſtipulationis principalem cauſam haberet. Sed cū ad nomina[f] prius decurſum eſt, rationabili⁹ eſſe videtur, pro virili parte ſtipulationem[g] eis adquiri,

a *Manumiſſus*. directo.
b *Stipulatus eſt*. à quodam extraneo.
c *Scierint*. ſcilicet heredes.
d *Teſtamento manumiſſum*. vel aliàs liberum.
e *Non ignorabant*. facit C. de rei vin. l. j.
f *Cauſa eius*. aliàs ab eo.
g *Poßidere*. ſpectantur enim ſingula momenta: vt. ſ̄. de acqui. rerum do. l. qui bona. §. j. licet in ſeruo alieno ſit ſecus: vt. ſ̄. de vſur. l. qui ſcit. §. fina. & facit. ſ̄. de acqui. rerum do. l. quæſitum. & de acquir. poſ. l. qui vniuerſas. §. item quod mobile. & ſupra ſi cer. peta. l. eius qui. in fin. Item facit. ſ̄. de cōtrahen. empt. l. & liberi. & l. ſi in emptione. §. item ſi. Item facit hæc lex ad id quod not. ſ̄. de acquiren. poſſeſ. l. quod meo. Accur.

* Diſtat ab iſta.

SEruus hereditarius.] CASVS. Titius mortuus eſt. heredes eius nondum adiuerūt hereditatem eius. ſeruus qui eſt in hac hereditate, ſtipulatione ſua poteſt acquirere heredibus futuris, & etiam ipſi hereditati. Franciſcus.

h *Hereditarius*. quia eſt in hereditate iacente.
i *Futuro*. appellatiuo nomine: ſecus in proprio. Accur.
k *Stipulatur*. de hoc dic vt. ſ̄. eo. l. ſi ſeruus hereditarius. quę eſt contra. & facit. ſ̄. ſi cer. petatur. l. eius qui.

QVod ſeruus.] CASVS. Habebam ſeruum quendam Pamphilum. quia malus erat & inutilis, habui eum pro derelicto. ſeruus iſte ſtipulatus eſt à Titio. c. vtrum mihi adquirat? Reſpond. quòd non. ſi vero iſte ſeruus ſic à me pro derelicto habitus fuerit. apprehenſus ab alio: poteſt illi quærere. ratio eſt in textu vſque ibi, inter hereditarium. vbi ponit differentiam quæ eſt inter ſeruum habitum pro derelicto, & ſeruum hereditarium. nam ſeruus habitus pro derelicto, cenſetur eſſe nullius: ſeruus vero hereditarius D non videtur eſſe nullius: cum contineatur in vniuerſitate hereditatis. Cætera clara ſunt. Fran.

† Frequēti⁹ eſt operis apud iuris auctores q̄ o perib⁹. & ſic Vſu. pat. Virgi. libr. 8. Æneid.

l *Momenti*. ſcilicet ſtipulatio.
m *Reiecit*. ſic. ſ̄. pro derelicto. l. ij. & de nox. l. ſi ſeruum pro derelicto.
n *Adprehenſus*. antequam incipiat ſe gerere pro libero. poteſt enim ſeipſum forſan occupare in libertatem: quia non hoc ipſo quòd pro derelicto habetur, eſt liber: vt hic, &. ſ̄. pro dereli. l. fin. niſi eſſet languēs: vt. ſ̄. qui ſine ma. ad liber. l. ſeruo. & in authē. de nup. §. multo. & C. de lati. liber. tol. §. ſed ſcimus. & facit C. de infan. expo. l. fin. Sed quidam dicunt idem etiam in non languente, arg. dictæ auth. & ſic corrigit quod hic dicitur. Accur.
o *Stipulatione*. quam interpoſuit, cum pro derelicto habeatur. vel dic quòd illa nullius momenti ſit, vt in principio: nec poſtea iſti qui eum apprehendit, acquiritur. dic ergo ſtipulationē quam interpoſuit poſtquam apprehenſus eſt. pro prima eſt ſupra eo. l. ſi ex re. §. illud. pro ſecunda facit. j̄. proxi.
p *Donatio eſt*. in incertā perſonā collata: vt inſti. de re. diui. §. pen.
q *Retinetur*. vnde ſi iſte quærit, hereditati quærit: vt. ſ̄. de acquiren. re. do. l. hereditas. ij.

A SI communis.] CASVS. Iſta lex tria dicta continet. Primum eſt quando ſeruus ſtipulatur dominis ſuis, expreſſis tantū nominibus propriis: nō appellatiuo, ſcilicet domini. Secundū dictum eſt quādo ſtipulatur expreſſis tantū nominibus appellatiuis, nō propriis. Tertium dictum, quando ſtipulatur dominis expreſſo nomine proprio & appellatiuo. Primum in principio. ſecundū ibi, ſi vero. tertiū ibi, ſi vero ita, Lucio &c. In primo dicto dicit, ſi ſeruus ſtipulatur dominis ſuis, expreſſis tantū nominibus propriis: vt dicendo, promittis Gaio & Seio. c. tunc cuilibet dominorum acquiruntur. l. Si vero ſtipuletur expreſſis tantum nominibus appellatiuis: veluti, promittis dominis meis. c. tunc acquiritur ſtipulatio ꝓ parte qua quiſque domin⁹ eſt: vt ſi vnus habeat duas partes in ſeruo, acquirantur ei duæ partes de. c. alteri tertia pars. Si autē ſtipulatur ſeruus expreſſis nominibus propriis & appellatiuis: tūc quia primo nominauit propria nomina, acquiritur cuilibet dominorum pro parte dimidia: licet aliquando de hoc dubitatum fuerit. Fran. Accur.

r *Seio*. & ita propriis nominibus. H.
ſ *Illius*. ſ. ſerui. Azo.
t *Pro virilibus*. contra ſ̄. eo. l. proinde. ibi, nam & ſi omnium &c. Solue vt ibi.
u *Si vero*. ſecūdus caſus.
x *Dominis meis*. idem dico & ſi dicam, domino meo, cum plures habeam dominos. argu. ſ̄. de libe. lega. l. ij. in fin. ſed argu. contra. ſ̄. eod. l. ſed & ſi ita. Azo. & facit ad hanc diſtinctionem. ſ̄. ad Trebel. l. nonnunquam. & de leg. j. turpia. in fin. & l. ſi heredes nominatim. &. ſ̄. de ſtatulib. l. ita liber. in fin. item facit C. de impu. & ali. ſubſti. l. j. &. ſ̄. de reb. dub. l. vtrum. §. fin.
y *Spondes*. & ita appellatiuis tantum.
z *Pro parte qua*. & ita pro dominicis.
a *Si vero*. tertius caſus.
b *Spondes*. & ita propriis, & appellatiuis.
c *Intereſſet*. argumentando loquitur.
d *Gratia*. i. an propria ad deſignationem appellatiuorum, an appellatiua ad deſignationem propriorum.
e *Quæ*. & intereſſet repete, quæ pars &c. M.
f *Ad nomina*. iſtud ponitur ad correctionem præcedētium, vel ad denotandum præſumptionem quæ quorum demonſtrandi gratia apponuntur.
g *Stipulationem*. ſi vero prius ad appellatiua eſt decurſum: pro dominicis quæritur. & ſic ſequentia determinant prima, ſecundum Ioan. idem dicam & ſi permixtim: vt Lucio domino, & Titio domino. vel econtra. nam ſemper inſpiciam quæ præcedunt. ſed quidam dicunt, vt Alex. ſemper pro virili quando propria & appellatiua ponuntur. & ſecundum eos quod dixit prius, ſubaudies maxime. ſed prima placet: & hoc cum omnibus poteſt quæri: aliàs ſoli ei cui poteſt: vt. ſ̄. eo. l. j. §. cōmunis ſeruus. & l. ſi alienus ſeruus. in fin. & inſtitu. e. §. fin. Item hoc cum nullus ſolus iuſ-

ſit:nec vnus ſolus eſt nominatus:nã tunc ei ſoli:vt.s̃.e.l.ſeruus alienus.&.l. ꝓinde. Quid autẽ ſi vnus iubet:ſed alterũ nominat? dic vt no.s̃.e.l.ſeruus cõmunis.§.fi.Cũ autẽ ſeruus eſt fructuari⁹ in quo plures habẽt vſumfructũ:ſi quidẽ ex opera ſtipulatur ſine nomine,& iuſſu fructuariorum:idem dic quod ſupra in pluribus dominis.ſed ſi vnus ſolus iuſſit,vel vnus tantũ nominatur,ei quęritur: vt.s̃. de vſufru. l. ſi ſeruo fructuari⁹.§.ſi duos. ſed iſte tenetur ad communicãdum: cum opera quodammodo eſt ex re:vt.s̃.de acqui. re.do. l.qui bona.in prin.&.j̃. eo.l. pe. Si autem vnus iuſſit, ſed alter eſt nominatus:tunc nominato ſecundum Ioã.quòd ſi ſtipulatur ex re vnius fructuarij tãtum:ſi quidem ſine nomine, vel ſibi: partem proprietario de ſtricta ratione, & partem fructuario: vt.d.§.ſi duos.ſed de æquitate ſoli fructuario: vt ſupra eod. ſi alienus. vel etiam dic vt dixi in l. ſi alienus. Si autem nominatim domino ex re fructuarij ſtipuletur, totum ei quærit: vt ſupra de acquirend. re. domi. l. per ſeruum. §. fructuarius. & . d . § . ſi duos.ſed reddit per cõdictionem ſine cauſa: vt.j̃.eo.l.pe.& ſic intelligitur. s̃. de acquir. re. do.l. qui bona. §. ſed ſi adiiciat. Si autem ex re domini fructuario, nõ valet:vt.s̃.e.l.ſeruũ fructuariũ. ſi ex re vnius fructuarij alteri fructuario,nõ valet:vt.s̃.e.l.ſi alienus.in fi.nec obſtat.l. ſi cum duorum.s̃.eo.quia expone vt ibi. Quod in fructuario dixi: idem in poſſeſſo à pluribus bona fide:vt.d.§.ſi duos.

quòd [a] dominorum vocabula [b] pro demonſtratione habeantur. [c]

XXXVIII. IDEM *libro quinto ad Quintum Mucium.*

SI ſeruus meus à liberto meo operas ſibi dari ſtipuletur, inutilem [d] ſtipulationem eſſe Celſus ſcribit: aliter atque ſi non adiecto hoc verbo, *ſibi*, ſtipulatus fuerit. [e]

XXXIX. IDEM *libro vicenſimoſecundo ad Q. Mucium.* B

CVm ſeruus in quo vſumfructum habemus, proprietatis domino ex re fructuarij vel ex operis eius [f] nominatim ſtipuletur: adquiritur [g] domino proprietatis. ſed qua actione fructuarius recuperare poſſit à domino proprietatis, requirendum eſt. [h] Item ſi ſeruus [i] bona fide nobis ſeruiat, & id quod nobis adquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit: ei adquiret. Sed qua actione id recuperare poſſumus, quæremus. & non ſine ratione eſt, quod Gaius noſter C dixit, condici [k] id in vtroque caſu poſſe domino.

a *Quòd*.id eſt quia.

b *Vocabula*.ſ.appellatiua appoſita in ſtipulatione.

c *Habeantur*.demonſtrant enim appellatiua, an prius nominati ſint domini.& ſic not.de ordine ſcripturæ.ſic in auth.de hered.& Fal.l.inordinatum.ſed arg.contra.j̃.de ſol.l. nec enim. item facit s̃.ſi cer.pet.l.eius qui.§.quod ſi.Accur.

S*I ſeruus*.] CASVS. Habebam libertum:à quo ſeruus meus ſtipulatus eſt hoc modo:promittis mihi operas tales? certe talis ſtipulatio non valet. Si autem ſtipulatus eſſet non expreſſo hoc pronomine,mihi:tunc ſtipulatio valet.Fran.Accur.

d *Inutilem*.vt.s̃.de ope.li.l.ſeruus patroni.& eſt ſpeciale.ſic.s̃.e. l.ij.&.l.ſi ſeruus communis Mæuij.[a] §.ſeruus capto.aliàs non refert ſibi vel domino ſtipuletur:vt.s̃.eo.l.j.in princ.quæ eſt cõtra. ſed quæ eſt ratio? Reſpon. quia factum in ſtipulatione contine- D tur,vnde domino nõ poteſt quæri:vt inſtit.eo.§. ſed cum factũ. ſecundum quoſdam. Sed certe ibi de facto ſerui ſtipulantis, hic liberti promittentis. Verius tamen dic quòd non poſſunt deberi niſi iure patronatus:at ſeruus non eſt patronus. & hoc de opera incerta.de certa valet:vt.s̃.de ope.lib.l.operæ in rerum.j.cum habeat inſtar pecuniæ:vt.s̃.eo.tit.de ope.lib.l.à duobus.

a] meus.

Operæ ſiue certæ ſiue incertæ non poſſunt per ſeruũ deberi niſi iure patronatus, & an illas poſſit ſeruus ſtipulari:

e *Stipulatus fuerit*.quia tunc valet.Accur.

C*Vm ſeruus*.] CASVS. Habeo vſumfru. in Sticho ſeruo: cuius ꝓprietas pertinet ad Titiũ.iſte ſeruus ſtipulat᷑ Titio nominatim ex operis ſuis,vel ex re fructuarij. certe acquirit ipſi Titio domino ſuo.poſtea ſubiũgit quæſtionẽ qua actione poſſit vſufructuarius recuperare illud à ꝓprietario. & antequã reſpõdeat illi quæſtioni,ſubnectit aliã quæſtionẽ, ꝙ ſcilicet ſeruus qui nobis ſeruit bona fide,ſi ſtipuletur domino ſuo nominatim, ei acquirit.Poſtea reſpondet illi quæſtioni quã indeciſam reliquerat, dicens ꝙ fructuarius poterit recuperare quod ex hac ſtipulatione ad proprietarium peruenit,condictione ſine cauſa.Fran.

f *Eius*.ſcilicet ſerui.

g *Adquiritur*. dño proprietatis:ſed nõ ecõtra:vt.s̃.de vſufr.l.ſed & ſi quis.§.quæſtionis.&.s̃.e.l.ſeruum fructuarium.&.j̃.de ſolu. A l.qui res.§.ſi ſeruus.

h *Inquirendum eſt*.& certe condictione ſine cauſa.

i *Item ſi ſeruus*. alienus.

k *Cõdici*.ſ.cõdictione ſine cauſa:ſiue ſolutũ ſit,ſiue nõ:ſed tũc vt actio cedatur, habet etiã locũ cõdictio incerti primo caſu.& fa. s̃. ſi cert.pet.l. cum fundus. §.j.& de act.empt.ſi ſeruus.j.§.ſeruum.

Licet ſtipulatio ſerui & filij conferatur in tempus exiſtẽtiæ ſui iuris: nihilo minus patri & domino quæritur.Bar.

XL. IDEM *libro trigenſimotertio ad Quintum Mucium.*

QVidquid contraxit ſeruus [l] dum nobis [m] ſeruit: [n] etiam ſi ſtipulationem contulit in alienationem vel manu- B miſſionem [o] ſuam, tamen nobis id adquiſitum erit: quia poteſtas eius tunc cum id contraheretur, noſtra fuit. [p] Idque eſt ſi filiusfamilias contrahat. nanque etiam quod in emancipationis [q] ſuæ tempus contulerit, nobis debebitur, ſi tamen dolo malo [r] id fecerit.

Q*Vidquid*.] CASVS. Seru⁹ meus ita ſtipulat⁹ eſt à Titio: ꝓmittis cũ fuero manumiſſ⁹ vel alienat⁹? quærit᷑ an poſt manumiſſionẽ vel ante mihi acquiratur? Reſpon.ꝙ ſic. §. ſequẽs planus eſt.Fran.

l *Seruus*.ſ.noſter.

m *Nobis*.ſ.dominis.

n *Seruit*. i. dum noſter ſeruus eſt.

o *Vel manumiſsionem*. puta promittis cũ fuero manumiſſus vel alienatus? Accur.

p *Noſtra fuit*. bona ratio:quia initium [b] inſpicitur in acqui. hoc caſu & ſeq.vt &. s̃. de verb. obli.l.ſi filius. Eſt & alia ratio, quia dolo fecit:vt.j̃.in fi.l.

b] Addo gl. & ibi ſunt multæ concor.iuriũ allegatæ in. c. dudum.1.de elec extra. gl. in. c.1.§. itẽ circa. in verbo legatorũ de colla.in pragma.ſanct.

q *In emãcipationis*.puta cũ fuero emancipatus.

r *Dolo malo*.i. in fraudẽ patris ne ei acquiratur, ſic ſtipulatus eſt. Argu. s̃.pro ſoc. l. actione. §. diximus. & hoc præſumitur ſi contrariũ non apparet:aliàs ſi apparet contrariũ,vtilis filio quæritur:vt.s̃.de here.inſti.l.quidã.& ibi exemplũ eſt quando non præſumitur dolo: quia nõ volebat patri quæri,qui filio dare volebat. Item aliud exemplum.j̃.tit.j.l.ſi debitori.§.j.Sed nũquid etiam in ſeruo poſſet eſſe ſine dolo vt ei manumiſſo quæratur? Rñ.nõ: quia non oportet proficere ei libero facto quod in ſeruitute egit, niſi in caſu.C.an ſeruus ex ſuo facto.l.quãuis.&.l.promiſſæ.Itẽ hoc quãdo ſub cõditione intrinſeca.ſi autem extrinſeca, vt ſi Titius fuerit cõſul:tunc indiſtinctè quæritur patri & domino:vt.s̃. de verbo.oblig.l.ſi filius.Item hoc in contractibus, ſecus in relictis: vt j̃.de reg.iur.l.quæ legata.& C.de condi.incer.l.ſi vxor.Accur.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber quadrageſimus ſextus.

## DE FIDEIVSSORIBUS & mandatoribus.

### TITVLVS I.

C Omni obligationi & ciuili & na

DE FIDEIVSSORIBVS ET mandatoribus.

*Nota differentiam inter fideiuſſorem & mandatorem.* [c] *nam ſemper fideiuſſor ſequitur obligationem:vt.j̃.eo.l.fideiuſſor.ſed mandator ſemper ante:niſi in caſu:vt.s̃.man.l.ſi vero non re.§.ſi poſt creditam.R.dicit fideiuſſores mandatorum:ſed verius dic,principalium debitorum pro quibus quando-* D *que fideiuſſores,quandoque mandatores interueniunt.*

*Fideiuſſor eſt non qui nomine debitoris.l.97.§.poſſum.de verb.obliga.ſed qui pro debitore ſuo nomine ſtipulãti promittit citra nouationem, vel qui pro alio ab ſtipulatore interrogatus reſpondet, qui & adpromiſſor dicitur. Conſtituitur ergo per ſtipulationem, ſtipulatio autem,vt dicimus, accedit omni obligationi,& fideiuſsio igitur.denique ſtipulatio aliàs accedit vt principalis obligatio,aliàs vt ſequela principalis obligationis.l.93.de ſolut.l.5.§.pen. de inſtit.act.Mandator etiam omni obligationi accedit.is eſt qui fideiuſſorem fideiubere vel creditorem alij credere rogat.ſed conſenſu nudo conſtituitur nõ vt fideiuſſor per ſtipulationem. & ob id præſens tantum fideiubet, mandat vero præſens vel abſens.l.22.§.ſi curator.l.32.manda.Cuia.*

c] Fideiuſſor & mandator differunt: & an vtrique ab expromiſſore glo. in. l. ſtipulationũ §.ſtipulatio s̃.de verb. ob.& glo. ord in auth. de fideiuſſ. in prin. colla.1.

O*Mni obligationi*.] CASVS. Iuriſconſultus tractaturus de fideiuſſoribus, primo docet nos dicens quòd fideiuſſor poteſt adhiberi omni obligationi:ſiue ex contractu: ſiue ex maleficio:ſiue naturali tantũ:ſiue ciuili tãtum:ſiue naturali & ciuili ſimul.Et in.l.ſeq.magis ſpecificat,dicens ꝙ obligationi cõmodati & depoſiti poteſt accedere fideiuſſor: puta ſi depoſui apud te aliquam rem:tu vero dolũ in ea cõmiſiſti: poſſum accipere fideiuſſorẽ à te ꝙ mihi ſatisfacies de dãno mihi dato in re depoſita.ſimiliter etiam dic de commodato.Fran.Accur.

*Omni.*

turali accedere poteſt fideiuſſor. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigenſimonono ad Sabinum.*

OMni [a] obligationi fideiuſſor accedere poteſt.

Iſta lex loquitur de obligatione ſecundaria quæ contrahitur in commodato vel depoſito ratione doli vel culpę ad intereſſe, & pro illa poterit fideiuſſor accedere, quando depoſitum vel cõmodatũ ſit pupillo ſine tutoris auctoritate: vel ſeruo, qui non obligatur niſi naturaliter: & tenetur fideiuſſor, dũmodo non interueniat illorũ dolus vel culpa. nã ſi interuenit dolus, pupillus reputatur maior, & obligatur ciuiliter & naturaliter. Pau. de Ca.

B

II. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

ET commodati [b] & depoſiti fideiuſſor accipi poteſt: & tenetur etiã ſi apud ſeruũ [c] vel pupillum [d] depoſitum cõmodatúmve fuerit: ſed ita demum, ſi aut dolo malo [e] aut culpa [f] hi fecerũt, pro quibus fideiuſſum eſt. [g]

Qui dat fideiuſſorẽ illum qui nõ poteſt conueniri, tenetur de nouo ſatiſdare: ſecus ſi dedit fideiuſſorẽ non idoneum. Bar.

C

III. VLPIANVS *libro quadragenſimotertio ad Sabinum.*

a *Omni.* ſiue ex contractu, ſiue ex maleficio. item ſiue naturali & ciuili: vel naturali tantum: vel ciuili tantum: vt. j. eo. l. ſtipulatus. & l. ſeq. & l. fideiuſſor obligari. §. j. & inſti. eo. in princip. & C. de non nu. pecu. l. ſi cui. vt ſic cõprehendat genera ſingulorum: non autem ſingula generum. nam non valet ſi contractus ſit contra legem: vt infra eodem l. cum lex. & C. de le. & con. l. non dubium. vel prohibitum fideiuſſorẽ dari: vt Co. ne fideiuſſ. do. den. l. ij. & facit ſupra mãda. l. ſi hereditatem. §. & in ſumma. & j. l. proxi.

Plat. 12. leg.

b *ET commodati.* q. d. nedum pro obligatione quæ contrahitur verbis, ſed etiã quæ contrahitur re.

c *Seruum.* vt. ſ. de condic. inde. l. naturaliter.

d *Pupillum.* doli capacẽ, qui de ſolo dolo tenetur naturaliter & ciuiliter: vt ſupra depo. l. j. §. an in pupillũ. vel ſi eſt locupletior: vt ſupra commo. l. iij. in princip. & eiſdem caſibus tenẽtur fideiuſſores indubitabiliter. ſed & extra iſtos duos caſus tenentur naturaliter pupilli: ſcilicet in commodato: & ideo tenebitur fideiuſſor: vt infra eo. l. fideiuſſor. §. j. non autem in depoſito etiam naturaliter, niſi ex dolo. ſeruũ autem conſtat naturaliter teneri eo caſu quo liber teneretur naturaliter & ciuiliter.

e *Dolo malo.* hoc ad ſeruum & pupillum, & cõmodatum & depoſitũ refertur.

f *Aut culpa.* hoc nõ ad depoſitum, item nec etiam ad commodatum in pupillo, vt teneatur, niſi naturaliter.

g *Fdeiuſſum eſt.* ſed & fideiuſſores ob ſuum dolum tenentur vel culpam: vt. ſ. de verbo. obl. l. mora. & ſ. de dolo. l. ſi fideiuſſor.

QVi ſatiſdare.] CASVS. Vendidi tibi equum vel fundum. promiſi tibi dare fideiuſſorem pro euictione: ad quod tamen non tenebar. vt igitur adimplerem promiſſionem meam, dedi tibi ſeruum vel filiumfa. in his cauſis in quibus non poſſunt fideiubere. vel dedi tibi mulierem in fideiuſſatricem: quæ poteſt te repellere auxilio ſenatuſcõſulti Velleiani. an ſatisfecerim promiſſioni meæ? certe nõ. Sed quid? dedi tibi fideiuſſorem qui pauper erat: nunquid videor adimpleſſe promiſſum? Reſpond. quòd ſic: quia debes tibi imputare quòd talem recepiſti: cum potuiſſes eum repellere ab initio. Fran. Acc.

h *Qui.* ſcilicet debitor. Accur.

i *Satiſdare.* quod quandoque fit ex voluntate: vt. ſ. qui ſatiſdare cogan. l. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. Accur.

k *Promiſit.* ſ. fideiuſſores dare. ſic. ſ. qui ſatiſda. cogan. l. j.

l *Et conueniri.* vtrumque intellige cum effectu. nam ſunt quidam qui poſſunt obligari, & non conueniri: vt. ſ. de in ius vocan. l. ij. & hi ſunt non idonei: vt hic, & ſ. qui ſatiſda. cogan. l. ij. in prin. Accurſius.

Filiusfam. non tenetur ſi intercedat pro mutuo in rem ſuã: nec etiã pater poteſt cõueniri actione de peculio,

m *Seruum.* ſeruus ex fideiuſſione non tenetur niſi in cauſa peculij intercedat: vt. j. eo. l. ſeruus inſcio. & ſ de pecu. licet. §. ſi filius. ſed filius etiã nõ tenetur ſi intercedat pro mutuo facto in rẽ ſuã: nec etiã tenetur pater de peculio: vt. ſ. ad Macedo. l. ſed Iulianus adiicit. vel ſi fideiuſſit, cum nihil eſſet in peculio, nec etiam ſpes vt eſſet, nõ tenetur pater: vt. ſ. de pecu. quæſitum. vel aliàs animo donandi: vt. ſ. de don. l. filiusfa. aliàs enim ſi filius fideiubeat etiã extra cauſam peculij, teneretur pater de peculio: vt. ſ. de pecu. licet. §. ſed filius. & ipſe filius: vt C. eo. l. filius. Accur.

n *Vel mulierem.* hæc non tenetur cum effectu propter Velleianum: vt hic, & ſupra qui ſatiſda. cogan. de die. §. qui mulierem. & ſupra ad Velle. l. j. Accur.

ff. Nouum.

A

o *Impletam.* ſic. ſ. qui ſatiſda. cogan. quotiens. & ſi quis in ius voca. non ie. l. j. & maxime ſi ignorans accepit talem: vt ſupra de pact. in perſonam. §. qui pecuniam. arg. contra. ſ. de condi. & demon. Mæuiꝰ Accurſius.

ADDITIO. Dic ſecundum Bart. quòd ibi erat talis conditio quæ de iure impleri non poteſt: vnde ſufficit ſi de facto: vt. l. mulier. §. j. ſupra de condi. inſti. hic poterat impleri de iure. Dy. vero dicit quòd debet dari fideiuſſor qui poſſit conueniri & obligari.

QVi [h] ſatiſdare [i] promiſit: [k] ita demum impleſſe ſtipulationem ſatiſdationis videtur, ſi eum dederit acceſſionis loco, qui obligari poteſt, & cõueniri. [l] Cæterũ ſi dederit ſeruũ [m] aut filiũfamilias ex quibus cauſis de peculio actio nõ datur, vel mulierẽ [n] quæ auxilio ſenatuſcõſulti vtitur: dicendũ eſt nõ eſſe impletã [o] ſatiſdationis ſtipulationẽ. Planè ſi nõ idoneũ [p] fideiuſſorem dederit, magis eſt vt ſatisfactum ſit: quia qui admiſit eum fideiubẽtem, idoneum [q] eſſe comprobauit. [r]

IIII. IDEM *libro quadragenſimoquinto ad Sabinum.*

POteſt accipi fideiuſſor eius actionis quam habiturus [ſ] ſum aduerſus eũ pro quo [t] fideiuſſi, vel mandati, vel negotiorum geſtorum. [u] Fideiuſſor [x] & ipſe obligatur, & heredem [y] obligatum relinquit, cum rei [z] locum obtineat.

Obligatio principalis extinguit acceſſoriam, ſi in eadẽ cauſa concurrit: ſecus in duabus obligationibus paris potentiæ. Bar,

V. IDEM *libro quadragenſimoſexto ad Sabinum.*

C GEneraliter Iulianus ait, eũ [a] qui heres extitit ei [b] pro quo interuenerat, [c] liberari ex cauſa acceſſionis, & ſolummodo quaſi heredem rei teneri. [d]

p *Idoneum.* quo ad facultates. aliàs contra ſupra ſi quis in ius voca. l. j. Accur.

q *Idoneum.* opibus.

r *Comprobauit.* maxime ſi talem ſciuit. & facit ſupra mandati. l. inter cauſas. §. abeſſe. & qui ſatiſda. cogã. l. ſi ab arbitro. §. j. & ſ. de ſepara. l. j. §. illud. & ſ. vt in poſ. leg. ſi is à quo. §. ſi. Et not. hic mirabilia duo: quia toleratur ignorantia iuris, vt non afferat recipienti damnum: ſed facti non. Sed regulariter contra: vt. ſ. de iur. & fac. igno. l. regula. in prin. Vel poteſt dici quòd & recipiens mulierem poteſt errare in facto: vt ſi credebat eam in rem ſuã fideiubere: & ſeruum liberũ credebat. Arg. ſ. de cõtrahen. emp. l. quia difficile. Accur.

POteſt accipi.] CASVS. Eram iturus ad nundinas. tu dixiſti mihi: Ego habeo Titium amicum meum Lugduni. ſi mutuaueris ei centum aureos, bene ſoluet tibi. ego reſpondi tibi: Fideiubes tu pro eo ſi quicquam mutuauero ei? tu dixiſti, ita fideiubeo. nunquid talis fideiuſſio pro debito futuro valet? Dicitur quòd ſic. §. ſequens clarus eſt. Franciſcus Accur.

ſ *Habiturus ſum.* & ſic futuræ: vt. j. e. l. ſtipulatus. §. adhiberi. Ac.

t *Eum pro quo.* debitorem principalem.

u *Negotiorum geſtorum.* quando te abſente & ſine mandato fideiuſſi: vt. ſ. manda. l. ex mandato. §. j. & l. qui fide. ij. reſpon. & facit ſ. eo. l. j. & ij.

x *Fideiuſſor.* facit inſti. eo. §. fideiuſſor. j. & C. eo. l. fideiuſſoris.

y *Et heredem.* ſuum.

D z *Rei.* id eſt debitoris.

GEneraliter.] CASVS. Ego fideiuſſeram pro Titio. poſtea Titius moriens inſtituit me heredem. certum eſt quòd ſum obligatus tanquam heres. ſed an duabus obligationibus tenear, ſcilicet principali & acceſſoria fideiuſſionis? Reſpond. quòd tantum principali obligatione teneor: quia acceſſoria confunditur. vſque ibi, Reum vero. vbi dicit quòd aliter eſt quando reus principalis alteri principali ſuccedit: quia tunc ambæ manẽt obligationes. vna enim nõ conſumit aliam: ſed in fideiuſſore & reo reperiri poteſt quando altera alteram perimat. & ponit exemplum quando reus reo ſuccedit: veluti cum vnus reus promittẽdi ſuccedit alteri reo promittendi. Itẽ ſi ſint duo rei ſtipulandi, & vnus alteri ſuccedit: ille qui ſuccedit, habet ius duarum obligationũ. ſed ſi egerit ex vna earum, altera cõſumetur. h. d. iſta. l. tota cum l. ſeq. Fran. Accur.

a *Eum.* fideiuſſorem. Accur.

b *Ei.* ſcilicet reo. Accur.

c *Interuenerat.* fideiubendo, vel mandando, vel conſtituendo.

d *Teneri.* idem econtra: vt. j. eo. l. cum reus.

Denique ſcripſit, ſi fideiuſſor heres extiterit ei pro quo fideiuſſit, quaſi reum eſſe obligatum, ex cauſa fideiuſſionis liberari.[a] Reum vero reo[b] ſuccedentem, ex duabus cauſis eſſe obligatum. nec enim poteſt reperiri quæ obligatio quam perimat: at in fideiuſſore & reo reperitur: quia rei obligatio plenior eſt. nam vbi aliqua differentia eſt obligationum, poteſt conſtitui alteram per alteram perimi. cum vero duæ eiuſdem ſint poteſtatis, non poteſt reperiri cur altera potius quàm altera conſumeretur. Refert autem[c] hoc[d] ad ſpeciem in qua vult oſtendere non eſſe nouum, vt duæ obligationes in vnius perſona concurrant. Eſt autem ſpecies talis: Si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes ſuſtinet. † Item ſi reus ſtipulandi extiterit heres rei ſtipulandi: duas ſpecies obligationis ſuſtinebit.[e] Planè ſi ex altera earum egerit, vtramque conſumet: videlicet quia natura obligationum duarum quas haberet, ea eſſet, vt quum altera earum in iudicium deduceretur,[f] altera conſumeretur.[g]

VI. IDEM *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

STipulatus ſum à reo, nec accepi fideiuſſorem: poſtea volo adiicere fideiuſſorem. ſi adiecero, fideiuſſor obligatur. & parui[h] refert vtrum purè fideiuſſorem obligem, an ex die, an ſub conditione. Adhiberi autem fideiuſſor tam futuræ[i] quàm præcedenti[k] obligationi poteſt: dummodo ſit aliqua vel[l] naturalis futura obligatio:

Tunc pro naturali ſola obligatione poteſt accedere fideiuſſor, quãdo non eſt omnino inefficax: ſed ſaltem eſt efficax; vt impediat repetitionem indebiti ſoluti per errorem iuris. Pau.

VII. IVLIANVS *libro quinquageſimotertio Digeſtorum.*

QVod enim ſolutũ repeti non poteſt,[m] conueniens eſt huius naturalis obligationis fideiuſſorem accipi poſſe.[n]

VIII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

GRæcè[o] fideiuſſor & ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, λέγω, θέλω, ſiue βούλομαι. *ſed & ſi φημί dixerit, pro eo erit atque ſi dixerit λέγω. Præterea[p] ſciendum eſt, fideiuſſorem adhiberi omni obligationi poſſe, ſiue re,[q] ſiue verbis, ſiue conſenſu. Pro eo etiam qui iure honorario[r] obligatus eſt, poſſe fideiuſſorem accipi[ſ] ſciendum eſt.

Poſt litem conteſtatam poteſt accipi fideiuſſor: & fideiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur poſt ſententiam. Bartolus.

Et poſt litem[t] † conteſtatam fideiuſſor accipi poteſt: quia & ciuilis & naturalis ſubeſt obligatio. & hoc Iulianus admittit: eóque iure vtimur. An ergo condemnato[u] reo exceptione vti poſſit [fideiuſſor] quærirur. nam ipſo iure[x] non liberatur. & ſi quidem iudicati actionis acceptus nõ eſt, ſed tantùm litis exercitationis:[y] rectiſſimè dicetur vti eum exceptione poſſe. Si verò acceptus fuerit etiam totius cauſæ: ceſſabit

a *Liberari*. fallit tamen in caſu: vt cum principalis obligationis nõ ſit exactio: vt. j̃. eo. l. heres. §. quòd ſi hic ſeruus. Accurſius.

b *Reo*. ſcilicet debendi. Accurſius.

c *Refert autem*. ſcilicet Iulianus. & facit infra de ſolu. l. ſi duo rei. & ſupra de duobus reis. l. ſi reus pro. & infra eo. l. heres. §. j. & ſupra de act. empt. l. non eſt nouũ. & infra. l. proxi. & arg. ſupra de teſti. l. ob carmen. §. ſi teſtes, & ſupra quemadmod. ſerui. amitt. l. nam ſatis. in fi. & ſupra qui ſatiſd. cogan. de die. §. ſi fideiuſſor iudicatũ. & quod no. C. de pact. l. debitori. Accurſius.

d *Hoc*. ſ. vbi non poteſt reperiri quæ altera alteram tollat.

e *Suſtinebit*. actiuè, cum ſit reus ſtipulandi.

f *Deduceretur*. per conteſtationem litis.

g *Conſumeretur*. Argu. contra. s̃. de conſtit. pecu. item illa. in fi.[a] & infra eo. l. ſi mãdato meo. &. s̃. de actio. & obliga. l. ſi is qui Stichum. Item facit ſupra. l. proxi. cum ſuis concor.

STipulatus ſum.] CASVS. Stipulatus ſum à Titio centum: & quia ſoluendo erat, non accepi fideiuſſorẽ. poſtea comperi quòd debilis erat in facultatibus. volui habere fideiuſſorẽ. certe poſſum petere: & ipſe fideiuſſor adiectus obligabitur: ſiue pure fideiuſſerit, ſiue ſub conditione. [ADHIBERI AVTEM.] Iſte. §. dicit quòd fideiuſſor poteſt adhiberi præcedenti obligationi: & etiam futuræ, dummodo ſperetur eſſe aliqua obligatio: licet tantum naturalis ſperetur contrahi. Et ponit exemplum in l. ſequenti. nam illius obligationis poteſt fideiuſſor accipi, ex qua ſi quid ſolutum fuerit, nõ poteſt repeti, veluti in Macedoniano. nam ſi filiusfami. ſoluat, non poteſt repetere: quia ibi eſt naturalis obligatio: licet ab initio poſſet creditorem mutuantem repellere excep. ſena. conſul. Macedo. Fran. Accu.

h *Et parui*. vt. j̃. eo. l. Græcè. §. illud. verſi. item accepto.

i *Futuræ*. vt &. s̃. de iudi. l. non quemadmodum. & inſtit. eo. §. fideiuſſor. &. s̃. de pecu. eo tempore.

k *Præcedenti*. aliud in mandatore, niſi in caſu: quod dic vt ſupra manda. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt creditam. Accur.

l *Vel*. pro ſaltem. Accurſius.

m QVod enim. Non poteſt. naturali cauſa inhibente: vt & ſupra de act. & obliga. l. naturales. Accurſius.

n *Poſſe*. cum effectu: vt. j̃. eo. l. fideiuſſor. §. j. & ſupra de iureiur. l. fi. licet quidam dicunt obſtare exceptionem in naturali: ſed ſecus in ciuili tantum: vt. C. de non nu. pecu. ſi cui. Accur.

GRæcè fideiuſſor.] CASVS clarus eſt vſque ad. §. præterea. Hic dicit iuriſcõſultus, quòd omni obligationi poteſt adhiberi fideiuſſor, ſiue re contrahatur: vt ſi commodo tibi aliquã rem, poſſum petere fideiuſſorem quòd eam mihi reſtitues. & ſic de aliis. Item ſi conſtituis te mihi ſoluturum pro aliquo: iſta obligatio eſt prætoria. poſſum à te fideiuſſorem petere. Fran. Accur.

o *Græcè*. interpretatio Græci: mea fide iubeo, volo, dico, cupio.

tantum ergo valet vnum ex his, quantum & aliud. & facit inſtitu. eo. in fi. & ſupra de verb. oblig. l. j. §. eadem. verſi. ſed vtrum. Acc.

p *Præterea*. facit inſti. eo. in princ. & ſupra eo. l. j. &. ij.

q *Siue re*. vt in commodato. verbo, vt in ſtipulatione. conſenſu, vt in emptione. & ad hoc ſupra eo. l. j. Accur.

r *Iure honorario*. vt de conſti. vel de iureiu. vel de pecu.

ſ *Accipi*. vt & ſupra de pec. eo tempore. Accurſius.

*Et poſt litem.*] CASVS. Conueni te in iudicio pro. c. aureis. tu negaſti te debere: & ſic lis eſt conteſtata. peto fideiuſſorem de iudicio ſiſtendo. an poſſim? Reſpon. quòd ſic. Sed ponamus quòd reus ſit cõdemnatus. an fideiuſſor ſit liberatus? Diſtinguitur: aut acceptus eſt fideiuſſor tãtum pro exercitio litis: & tunc fideiuſſor reo condemnato liberatus eſt. aut acceptus eſt fideiuſſor ſuper tota cauſa: & tũc fideiuſſor non liberatur reo condemnato. [A TVTORE.] Titius in teſtamento ſuo dedit Sempronium tutorem filio ſuo. de iure autem non tenetur tutor teſtamentarius dare fideiuſſorem rem pu. ſal. fo. Quid autem ſi eum dederit? Reſpon. quòd ipſe fideiuſſor tenetur. Item tu commiſiſti mihi furtũ: ego facio te conueniri. tu das mihi fideiuſſorem. certe talis fideiuſſor tenetur: & generaliter ex omni obligatione poteſt dari fideiuſſor. [ILLVD COMMVNE.] Tu promiſiſti mihi centum. tu das mihi fideiuſſorem pro ducentis: an talis fideiuſſor teneatur? Reſpon. quòd non. Si autẽ promiſiſti mihi centum: tu potes dare mihi fideiuſſorem pro quinquaginta. Exemplum ſequens eſt clarum. [SI QVIS STICHVM.] Promiſiſti mihi Stichum ſeruum. ſi Stichus moriatur, tu eris liberatus. dediſti mihi fideiuſſorem qui promiſit mihi illum Stichum, aut decem. certe talis fideiuſſor non tenetur: quia acceptus eſt in duriorem cauſam. nam ſi pro ſolo Sticho fideiuſſiſſet, & fuiſſet mortuus: fideiuſſor & reus liberati eſſent. ſed cum fideiuſſit pro Sticho vel pro decem: mortuo Sticho fideiuſſor tenetur pro decem. Et non tantum non tenetur ideo, quia in duriorem cauſam acceptus eſt, ſed etiam quia in aliã rem eſt acceptus ipſe fideiuſſor quàm ipſe reus promiſerit. & ponit rationem in ſequenti: quia ſi tu promittis mihi decem: tu non potes dare fideiuſſorem vt promittat decem aut Stichum. Sequentia clara ſunt vſque ad. l. ſeq. Franc. Accur.

t *Poſt litem*. nec enim damnoſa eſt nouatio: vt infra titu. j. l. aliam.

u *Condemnato*. ſed non exacto. aliàs contra: vt. C. de fideiuſſ. tut. l. non eſt ambigui. Accurſius.

x *Ipſo iure*. quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis. Azo. vel quia ſententia non nouat vt fideiuſſor liberetur ſi eſt cõdemnatoria. & ſic facit pro eo quod not. C. de vſur. rei iudi. l. fi. §. ſi enim nouatur.

y *Exercitationis*. vt iudicio ſiſti. & not. hunc caſum.

a] Dic quòd duæ principales obligationes paſſiuæ non tolluntur electione: vt ibi, &. l. 2. s̃. de duobus reis hic in obligationib' quæ actiuè dantur, ſecũdum B.

† In vulg. eſt lex, Si reus.

* id eſt mea fide iubeo, dico, volo, cupio. βούλομαι cum deſtinatione quadam animi volo. φημὶ adfirmo. λέγω, dico.

† Bart. hic dicit hunc caſum alibi nõ reperiri, ad hoc quod lite conteſtata poteſt accipi fideiuſſor de iudicio ſiſti: qui nõ tenetur poſt ſententiam latam: vt hic in text. verſi. ſed tantum litis &c. Bolog.

Datus